



Conciones, Siue Conceptvs Theologici Ac Praedicabiles, In Omnes Totivs Anni Dominicas

Opvs Novvm Figvris, Allegoriis, Similibvs Ex Sacris profanisq[ue]
Scriptoribus plenißimum, cum occurrentium fidei controuersiarum
tractatione.

Besse, Pierre de

Coloniae Agrippinae, 1620

Dominica Prima Adventvs

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56314](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56314)



DOMINICA PRIMA A D V E N T V S.

SYNOPSIS SEV ARGVMENTVM C O N C I O N I S.

1. *Supremi iudicij obliuionem esse noxiam, salutarem vero memoriam.*
2. *Iudicia & iudicii nomina esse ipse mundo congenita.*
3. *Signa futuri iudicii qua & qualia sint.*
4. *De signorum modo ac sensu.*
5. *De rebus signatis.*

Erunt signa in sole, & luna, & stellis. Luc. 21.

F I G V R A.

Exod. 10.



MVSTISSIMVS ille ac potētissimus scelerum vindex Deus, cum impiū olim Pharaonem, qui populo Israel varia intulerat mala, eumq; seruitute durissima & diuersis calamitatibus afflixerat, castigare ac direktionis tela in Aegyptios detorquere decreuisset, plurima cum in cælo tū in terra signa, velut præambula, & impendentis ruinæ regniq; totius excidii prænuntia, quin & furoris sui testes, præmisit. Orbis quidem lampas sol, luna, stellæq; per noctem cælo splendere solita, triduo lumen amisere, tenebræque densissima, quæ & manibus tangi poterunt, per vniuersam Aegyptū, factæ sunt. Ad eundem plane modum, priusquam circa finem mundi dignis in peruersorum hominum flagitia supplicijs animaduertat, iudiciorum suorum furorem & indignationem in miseros mortales effundat, eosque stirpitus quasi excindat; horrenda ac terribilia, quæ merum cunctis incurrant, signa, velut præcursores, emittet. Tunc nimirum stellæ

Tom. 1. Pars Hyemalis.

delitescent ac fugient, sol tetro & ferrugineo amictus velamine non lucebit, luna deliquium parietur, sidera cælo cadent, mundus denique densissimis tenebris obsitus ingemiscet ac palpitabit. O diem eruentum ac lugubrem! diem terribilem & vere formidandum! signa horrorem terroremq; incutientia, lachrymas ac gemitus excutientia! Hodierno hæc Euangelio describuntur, quæ vobis iam latius exponere est animus. Atq; vtinam idcirco in lachrymas hodie vox conuertatur, vtinam lingua terribilem tonitruum boatum induat, gemitus eloquij vice fungantur, tremor & pavor aliaque doloris & luctus argumenta gestus efforment! Cœptis adesto sanctissime Spiritus, tuq; sacratissima Virgo, Iudicis, cuius hodie furorem æquissimaq; iudicia verbis prosequar, mater, precibus & patrocinio apud eundem, dicenti auxiliare: ideo te salutatione, qua olim à Gabriele Archangelo in Nazareth salutata es, compellabimus. *Ant*

Maria.

Cælestis ille Theologus atque orbis Metaphy-

A

taphy-

I.

taphysicus Ecclesiastes, qui plurima hieroglyphicis & emblematicis obscurioribus mytheria inuoluit, duos nobis in sacra Scriptura theatro exhibet, velut actores, nimirum quantum inter se differentes: quorum vnus sapientissimus, alter vero stolidus vt qui maxime; vnus dextra, alter sinistra cor teneat:

Ecl. 10.
Sapiens extremi iudicij meminit, stultus vero obliuiscitur.

Cor sapientis in dextra illius, & cor stulti in sinistra eius. Hieronymus loci huius interpretem agens, hæc inuolucra de extremo iudicio intelligi debere existimat, in quo ad dextram electi, reprobi ad sinistram collocabuntur. Docemur autem, quemadmodum cordati ac circumspecti est, extremi Iudicij semper ac nullo non tempore recordari, forteque Beatorum, quam per dexteram hic denotari certum est, assidue mente voluere, ita è contra stolidi atque insipientis esse, ad sinistram animum cogitationeque conuerrere, viam reproborum inuolucra, nec horrendum illud tonitruum diuinæ sententiæ, aut inexorabilem Iudicij seueritatem vnquam præ oculis habere. Et sane quicumque hæc animo semper insculpta gerit, na ille sapientissimus mortalium dicendus est, at insipiens & fatuus ille, qui animum è hinc auertens alio conuertit. Ille scilicet à peccato reuocatur, iustitiam metuendo; hic vero eidem sese implicat, dum impune se habiturum confidit, aut peccata disquirenda à Iudice negat.

Qui iudicij extremi meminit, à peccato auocatur; è contra, qui obliuiscitur.

Impij dum sperant se impune apud Deum habituros, audacius in eundem peccant.

Impij dum sperant se impune apud Deum habituros, audacius in eundem peccant.

Dauid propheta in lege diuina versatissimus, & in scientia Sanctorum absolutissimus, cum hinc sibi Deum, illinc vero effrenem sceleratorum hominum audaciam, & summam creaturam in Creatore ad iracundiam peccatis prouocando ingratitudinem, quæ nimirum maiestatem illius vilipenderent, eique prout par est non seruirent, consideraret; nullam profecto aliam contemptus huius rationem dare potest, quam summam diuinorum iudiciorum obliuionem: dum nemo vel obiter perpendit, exactam, post hanc vitam, de omnibus verbis, operibus & cogitationibus coram summo iudice ratione reddendam esse, singulaque minutissime disquirenda. Ait enim, *Propter quid iras ait impius Deum? Dixit enim in corde suo: Non requirit.* Et profecto nulla alia contempti numinis dari ratio potest, quam quod stulte sibi

Psal. 9.

persuadeant impij, nullam Deo de operibus rationem reddendam, nullamque de ipsdem disquisitionem instituendam.

Horum sermones ad viuum depingit Iob, cum sic eos loquentes inducit, *Nubes labium eius, nec nostra considerat, & circa cardines Nō cogit celi perambulat.* Perinde, ac si dixisset, Scelerat impij, stus & diuinæ maiestatis contemptor, cum opera sua peccatis sese inuoluit, ac sceleribus animam à Deo inquinat, tam securus est ac confidens, vt spici Deum esse vix credat, vel si credat esse, eum cæcum & talpam existimet: quin & his impietatem suam verbis stabilire contendit, Post nubes in cælo delitescit, vitam nostram aut opera non contempletur, per cælos quierus & quodammodo defes obambulat, de rebus nostris ne hilum sollicitus. O errorem deplorandum, blasphemiam intolerabilem, læsæ Maiestatis crimen, peruersas cogitationes, omnis mali & impietatis matres! *Quidiqui plantauit aurem, non audiet? qui fixit oculum, non considerat?* Profecto quicumque Deo aures & oculos aufert, illius quoque iustitiæ & prouidentiam simul auferat necesse est: ac talis qui sibi Deum fingit, idola sibi fabricat, qualia Psalmographus descripsit, *Oculos habent, & non videbunt; aures habent, & non audient.*

Vidit olim Zacharias Propheta lapidem, *Zacharia visio.* quem septem oculos haberet. Lapis hic Christum futurum nostrum Iudicem denotat (*pe- tra autem erat Christus*) omnes porro, quos habere dicitur, oculi, illum oculatissimum esse innuunt, qui nimirum omnem in partem circumspiciat, actiones nostras diligentissime contempletur & inspiciat, vitæque nostræ statum attentissime consideret. Ita autem perusalum habeat Propheta Iob, ac proinde gemens ac tremens Domino ait, *Tu quidem gressus meos dinumerasti,* adeo vt nihil agere aut cogitare queam, ac ne mouere quidem corpus, quin noris. Ita enucleate scilicet omnia inuestigat.

Inter cætera, quæ Poetæ fabularum artifices effinxere monstra, numeratur vastus Argus, quem centum oculis instructum depinxerunt, omniaque circumquaque intuentem. Hæc quid è fabula, ac certum est, eum qui extremo iudicio summa cum auctoritate præsidebit, in sacris litteris gigantem appellari, *Exultauit*

Index Christus futurus. Argus est centum oculis instructus.

et gi.

Psal. 93. *ut gigas ad currendam viam; sed & gigantem vastissimum, Magnus Dominus & laudabilis nimis & magnitudinis eius non est finis. Vere inquam gigas est atq; Argus centum oculis circumsecus vallatus, qui quidquid in hoc inferiori mundo agitur acutissime peruidet. Quicumque igitur quid agere se posse putat, quod iudicem hunc oculatissimum subterfugiat, qui acutum hunc lyncea se fallere posse confidit, fallitur profecto & mente destitutus est: ac similem se ostendit ijs, quos Psalmista, postquam tyrannica quadam barbarie viduas interfecissent, alienigenas iugulassent, pupillos oppressissent, in sui purgationem dixisse ait: *Non videbit Dominus, nec intelliget Deus iacob.* His igitur alta voce inclamandum est, hi corripiedi sunt, ac stultorum loco habendi, his Propheticum illud intonandum, *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: cogitate inquam, in caelo iudicem vivere, qui quidquid hic apud nos agitur intuetur, operaque vestra singula contemplantur.**

Psal. 18. *Intelligite insipientes in populo, & stulti aliquando sapite: cogitate inquam, in caelo iudicem vivere, qui quidquid hic apud nos agitur intuetur, operaque vestra singula contemplantur.*

Apo. 1. *Prima, quam Ioannes in solitudine Parthmos insulae visionem habuit, vidit quendam similem filio hominis, cuius frons instar solis radiabat, manus stellas plurimas continebant, vox tanquam vox aquarum multarum erat, ore gladius acutissimus egrediebatur, oculi ut flamma ignis collucebant. Quicumque in visionem hanc commentari sunt, dixere per prodigiosum hunc Iudicem Christum, qui omnes dijudicaturus est, designari: equidem ut ceteras proprietates praereream, arbitror per flammantes & igneos illos oculos, iustitiae illius furorem, oculorum perspicacitatem, ac diligentem scelerum nostrorum disquisitionem, quam tunc adhibebit, ostendi. Ut hinc scilicet disceremus, eum, quem Iudicem futurum constat, oculos habere perspicacissimos acutissimosque, ut quidquid a nobis agatur, pervideat acutius quam aut aquila, aut serpens Epidaurius, nihilque eum fugiat eorum quae in mundo fiunt. Quod autem rarius haec homines mente voluant aut non credant, hinc fit, ut in omnia vitia praecipites ferantur, magnamque capiti suo calamitatem, interitum quin etiam sempiternum, arcessant.*

Ita nempe Propheta regius innuit; cum Diuinorum enim rationem redderet, cur impij tam praevindicatorum in omne flagitium ferantur, tamque contemleuter diuinam maiestatem offendant, *Non est, inquit, Deus in conspectu eorum, inquinata sunt via illorum in omni tempore, auferuntur iudicia tua a facie eorum.* Hebraica autem & Caldaica versio, loco *Deus*, hoc loco legunt *Heioim*, quasi dixeris Iudex. Sensus igitur is est, eo quod peccatores Deum Iudicem sibi ob oculos non ponant, eiusque iudicia non perpendant, hinc eos in profundam vitiorum abyssum prorucere vitamque flagitiis foedare.

Quanta igitur, Deus bone, filiorum Adami stultitia est? quanta mortalium caecitas, ut non agnoscant quod mundus iam inde a sui primordio agnouit? Primum namque verbum Geneseos, ac primum quod a mundi creatione nomen sibi sumpsit Deus, fuit ipsum nomen Iudicis. Vbi enim in Vulgata legitur: *In principio creauit Deus caelum & terram*, fontes hebraici legunt, *In principio creauit Iudex.* & c. Quod S. Hieronymus discipulus, decemque nominum Deo in Sacris libris attributorum enumerans genera, qualia sunt Iehoua, Adonai, Saddai, Hagios, Athanatos aliaque plurima, non parum miratur, cur nam ceteris relictis nominibus, hoc sibi in primis attribuat, ac tandem concludens ait, hoc mysterio non vacare: ut hinc nimirum discerent mortales, ab illo tempore Deum iudicem nostrum extitisse, eumque fore, qui omnia opera nostra inquireret atque examinabit: atque ideo nostrum esse, huius interdum recordari, recordandoque percelli.

Prima mundi die creator, *diuisit lucem a tenebris*, quod exponens Augustinus, per diuisionem hanc creaturam, iudicium, quod summus Deus in Angelos tulit, probos a rebellibus & contumacibus sequelstrando, id ipsum & de hominibus aliquando facturus intelligi debere ait. Forsitan etiam, ut hinc notum fieret, quod quemadmodum ab Angelorum iudicio mundus coepit, ita in hominum sit iudicio desiturus; quid si, ut demonstraret, se, quemadmodum Creator & Iudex ab initio incolarum caeli fuerat, ita quoque

II.
Primum quod Deus sibi nomen imposuit, fuit Iudex.
Gen. 1.

Tom. 3. ad Marcellam.

Gen. 1.
Mundus coepit ab Angelorum iudicio, desinet in hominum iudicium.

quoque sub mundi finem hominum, terræ inquilinorum, futurum. semper autem, vt mortales illius iudicia sententiamque perhorrescerent.

Adhæc Enoch, qui fuit à mundo condito septimus, is inquam, qui postquam trecentis sexaginta quinque annis in mundo egisset, mortem, eiusque tela exhibens, in paradysum translatus est, singulari quadam ratione, vt diuina iudicia annūtiaret, ac suos edoceret, a Deo electus ac missus est. Testatur id ipsū Apostolus Iudas. *Propheta autē de his septimus ab Adam Enoch dicens. Ecce uenit Dominus in sanctis millibus suis, facere iudicium contra omnes.* Mirum profecto, Deum tam cito iudiciorum suorum præconem misisse, & quidem ē septem qui in terra uiebant hominibus septimum, qui eorum terrorem hominibus imprimeret, sibiq; vt ab iisdem cauerent, auctor ellet. Egregium profecto mysterium hic delitescit. æger namque tunc mundus erat ac pessime habebat. Septimus autem in affecta ualitudine dies criticus est: tunc quippe natura mutante mutant & symptomata, agri meliuscule habere incipiunt; ac medici optimam de morbo spem concipiunt. Hinc, vt ulterius progrediar, cum peccator male haberet, anima que illius debilitata est, iudicium Domini & eius iustitia ei in mentem reuocanda sunt, tunc etiam imprimis peccato egredi, prauam consuetudinem deferere; mores in melius mutare, uitæque emendationis spem dare debet. Nulla autem crisis in animæ ægritudinibus melior aut salubrior quam illa supernaturalis, peccatis nimirum mori, ac gratiæ incipere uiuere.

Bōbyces
tonitru
emoriun-
tur.

In tantum bombyces, filatores illi admirabiles, aut potius miserabiles, cum fatale sibi filum trahant, & suis ipsi laqueis irretiti exspirent, tonitru perhorrescunt, vt quamprimum eo audito emoriantur; opusque ceptum vna cum vita deserant: verum solent qui eorum curam habent, quo casum illum auertant, dum tempestatem cælos minitari, aeremque concitari vident, nolis circumsecus strepere ac sonum quendam confusum edere, ne dum tonitrua boatusque cælestes ingruunt, repentino illo fragore exanimentur & exspirent. Peccatores vermes quoque

appellari queunt; ita namque omnium nomine de se testatus est Israel rex Dauid, *Ego sum vermis & non homo*: sed vermes serici, bombycini, bysso & holoserico induti, quiq; sibi interitum ac ruinam sepe numero accersunt, sed qui nihil magis quam horrenda diuinorum iudiciorum tonitrua perhorrescunt: hæc namque efficiunt, vt peccato moriantur, ac gratiæ reuiuiscant. Verum mundus, à quo in omnibus diriguntur, vt hoc à fragore eos immunes præstet, tantum circa aures, & caput: epitum excitat, totq; negotiorum campanulis aures eorum obundit, vt quodammodo obfurdueant, adeo vt summi Præfidis minas eiusque iustitiæ fragores audire nequeant. Hinc Propheta, *Auris eo um iurda erunt.*

Ceruæ, vt rerum naturalium scriptores Ceruæ tradunt, Musica mirum in modum capiunt: musicam tamen audiendo ilaqueantur, & tonitru per tonitru vitam conseruant. Cum enim lætus edendi tempus aduenit non prius parere queunt, quam cælum tonare cœperit: occulte namque in vtero operante metu quæ ē tonitru concipiunt, facillime fortum effundunt. Huc respexisse crediderim S. illum Philosophum Iob, dum ait, *Numquid nosti tempus ubi erim in cæcis, vel parturientes ceruæ obseruasti?* Est profecto stupor & hebetudo quædam brutalis in hocce animali, quod noxia consecretur, salutaria vero & profutura subterfugiat: At maiora adhuc, mihi crede, est hominum stoliditas, ne dicam vesania: hi enim præter delicias, voluptates, inaniaque, quæ tamen interitum ac ruinam deplorandam illis afferre solent, nihil consecretantur; diuinorum vero iudiciorum fragorem, quæ sola prodesse utilitatemque singularem afferre possunt, ne vel semel de his cogitantes sancto quodam metu percellantur, animum delinquendi exuant, uitæ emendationem pariant, & grauem peccatorum vterum deponentes penitentiam agant, remis velisque fugiunt.

Porro Ecclesia, à Spiritu S. in omnibus di-
Hodie Ec-
recta, cum nosset, quantum iudicij extremi clesia, vt
memoria boni afferre queat, quo peccato- peccato-
res percellat, ita vt caput erigant, aures aperes percel-
liant,

lar, iudicij meminit.

riant, palpebras recludant, peccata agnoscant, diuina iudicia perhorrescant: extremi diei iudicij tonitruo, tubis Angelicis, astrorum deliquis, terræ motibus, tempestatibus maris, elementorum motionibus, animalium rugitu, demum omnibus ijs quæ in mundi catastrophâ metum incultura sunt, eisdem è peccatorum veterino, quo sopiti iacent, excitare conatur. Inter cætera autem ait, fore signa in sole, luna, & stellis. ita quippe Euangelium hodiernum præfert, *Erunt signa in sole, & luna & stellis* de quo vt præsentem concionem instituiam, & quidem recta quadam methodo, p. imo de signis his loquar, deinde diem ipsum, & quidquid in eo euenturum signa illa prognostica docuere, describam.

Luc. 21.

III. Deus anrequâ a liquè puniar. signa præmittere solet.

Principio igitur certissimum est, quod & a S. Patribus variis in locis confirmatur, Deum, quando aliquos in hoc mundo punire, iustitiamq; exercere constituit, plurima præmittere signa ac prodigia solere: qualia sunt, vt plurimum, solis deliquium, lunæ defectus, insolita cometarum apparitiones: vt hinc homines discerent, ingentia sibi cælitus mala instare: quæ, si sapiant, præuertant atq; euitent. Solent n. signa huiusmodi maiorum esse præsaga ac prænuntia. Ita quarto Neronis anno legitur solem media die defecisse ac deliquium passum, tertiam tremuisse, concussam: ecce haud multo post crudelis in Christianos religionemq; nostram excitata est persecutio.

Richobaldus in Chron.

Seneca etiam in quæstionib. naturalibus refert post cometæ cuiusdam apparitionem (qui & stellis fixis & errantibus materia & forma discrepat: ac non nisi vapor quidam est Dei voluntate in materia viscosa & adustibili, vt Ioann. Damaſc. ait, accensus: signum tamen semper est impendentis calamitatis, ac mali præambulum, vt in propositionibus suis ait Ptolomæus, & in Meteoris Aristot.) Oceanum læuire cœpisse, atque intumescere, duasque insulas cum habitatoribus absorptas interisse.

Antequam Mithridates Ponti rex in lucè ederetur, alius in aere cometes visus est, idque per multos dies, qui tantum per nubes & acream regionem fulgorem eiacularaba-

tur, vt cælum ardere spectantes putauerint: tamq; ingens erat, vt magnam orbium cælestium partem occuparet: itaq; lucidus, vt ipsum etiam solis lumen offulcater, atque hunc in modum quatuor per diem horis apparebat. At nihil aliud Deus, qui eundem in cœli theatro spectandum proposuit, spectabat, quam vt trisculentiam immanitatemq; barbari huiusceterianni, quo vix Oriens crudelior em habuit, quiq; continuis populum Rom. prælijs terra manq; exercuit, vt Valerius & Eutropius testantur, denuntiaret.

Lib. 5. de ci. cap. 7. v. 1.

Plurima quoq; prodigia quæ bellum Punicum præceſſerunt, refert Oroſius, cui & suffragatur Augult. vt & boues locuti fuerint, infantes nondum nati ex vtero materno incondita quædam verba efformarint, serpentes per aera volauerint, Clades quoque Romanorum ad Cannas, qua quadraginta quatuor millia ab Hannibale & Carthaginiensibus interfecta sunt, quando tres mo-

Clades Romanorum ad Cannas, qua quadraginta quatuor millia ab Hannibale & Carthaginiensibus interfecta sunt, quando tres mo-

aij annulis pleni, quos tamen soli equites gestabant, quos mortuis detraxerant Pœni, Carthaginem in signum victoriæ missi sunt, multis præuijs signis, demonstrata fuit. Iosephus etiam rerum Iudaicarum auctor, prodigijs varijs, & quidem mirabilibus, destructionem Hierosolymam denuntiarat ait: & imprimis, stellam quandam in forma gladii vrbis imminere visam, eiusdem excidium designantem: luna quoq; duodecim continuis noctibus deliquium passam: portam templi orientalem, ex ære conflata, quam ne viginti quidem viri summa nitentes vi occludere poterant, subito, nemine impellente, ne quidquam impeditib. repagulis & feris reſerata. Sic etiam antequam mundus in exitum ruat, & ingens hæc machina dissoluatur, tempore extremi iudicij, plurima signa ac prodigia præmittentur. ait namque Euangelista, *Erunt signa in sole, & luna, & st. ll.*

Luc. 21.

Ceterum signa hæc misericordiam & clementiam inuunt, vt nimirum ijs visis homines saluti inuigilent suæ, rebusq; animæ dicij mi-prospiciant. Imitari siquidem Deus iudicij misericordiam quendam fictum & subornatum, qui inuunt maleficum aliquem quaſiturus, eius tamen libertatis & salutis studiosus, strepitum vl-

tro excitat, vtille eo audito sibi fuga consu-
lat, licetorumq; manus effugiat. Deus enim
amore & affectu transuerfum actus, homi-
nem multorum delictorum reum compre-
hendere coactus, & tamen eius liberationem
desiderans, priusquam descendat, multipli-
cem strepitum excitabit, mutabit quadrata
rotundis, solis deliquium inducet, stelle cœ-
lo cadent, elementa concutientur, cœli to-
nabunt, ac tremant, animalia vlulabunt, or-
bisque vniuersus ingemifcet, vthi auditis
homo in tuto se collocet, grauesque iustitiæ
illius manus effugiat. Inſinuat hoc Psalmista
dicens: *Dediſti metuentibus te ſignificationem,
vt fugiant à facie arcus.*

Pſal. 59.

Holofernes princeps militiæ regis Aſſy-
riorum cum terram Madian flamma ferro-
que vaſtaret, regnoque Aſſyrio ſubiugaret,
terram Damalcenorum tempore meſſis in-
greſſus eſt, cuius ſegetes & ſata ſuccendit,
arboresque & vineas incidit: quæ cum in

Iud. 2.

Iudæa annuntiarentur, terror & tremor *ceci-
dit ſuper omnes inhabitantes terram*: dicebant-
que intra ſe, ſi tantam barbarus hic in ſe-
getem noſtram, montes ac fructiceta, vineasque
crudelitatem oſtendat, quæ nihil omnino in
eum admifere: quid nobis fiet, qui toties
eius imperium negleximus, acque in eum
rebellando inſurreximus? Idem omnino in
mundi ſine facturus eſt Deus, ſiquidem om-
nia hæc inferiora deſtrueturus, limiribus
eorum id eſt montibus cœleſtibus, qui toties
ita in ſcripturis nuncupantur, & apud

Pſal. 110.

Psalmographū, *Leuauit oculos meos in montes,
vnde auxilium mihi*, factus vicinior, omnia
diſperdet ac deſtruet, ſolē obſcurabit, lunæ
lumen eripiet, ſtellas cœlo eueller, aerem
ſuccendet, igne vaſtabit vniuerſa, terræ mo-
tus cauſabitur, vt nimirum homo his viſis &
auditis perculſus & inſolito metu conſterna-
rus dicat, *Quid? itane ſummum illum Prin-
cipem in creaturas, quæ nunquam aduerſus
eum, inſurrexere, ſed fidele ſemper obſequi-
um præſtitere, inſurgere? quomodo igitur
me tot tantorumque ſcelerum reum, qui toties
eum ad iracundiam prouocauit, animad-
uerter? Erunt itaque ſigna in ſole, & luna, &
ſtellis.*

Luc. 21.

Iuſtitiam

Signa inquam miſericordiæ: nunquam e-

nim iuſtitia ſine clementia ſeſe demonſtrat, ſemper
ac vinculum inter vtramque habetur indi-
ſolubile. Scriptum quippe eſt, *Iuſtitia & pax
oſculata ſunt, & alibi, cum iratus fueris, miſeri-
cordia recordaberis, &c.* Hinc olim apud Pro-
phetam ait Dominus, *Aſſumpſi mihi duas
virgas, vnã vocaui Funiculum, & alterã
vocaui Decorem.* Quid nam iudicio veſtro
denotant hæ virgæ? duo ſcilicet
attributa Dei, eaque nobiliſſima, Iuſtitiam
ſcilicet ac miſericordiam, aut potius duas
habenas, quibus vniuerſam hanc rerum ma-
chinam moderatur ac regit, Iuſtitia ac mi-
ſericordia: vnã ſuauem ac mitem, ipſius
nempe clementia: alterã vero grauẽ ac
durã quam iuſtitiam dicimus. Et quoni-
am iuſtitiam ſemper miſericordia comita-
tur, hinc eſt quod hæc virga, non gladius,
non nouacula, non culter, quibus vt pluri-
mum homines interimuntur, ſed funiculus
nominetur, eo quod inſtar funium ac vincu-
lorum, metu ac formidine peccatores reti-
neat, in officio contineat, atque impediãt ne
in peccatis vterius progrediantur. Ideoque
extremi iudicij die *Erunt ſigna in ſole, & luna,
& ſtellis.*

Signa horrenda ac terribilia, ſed ſigna iu-
ſtitia in ſole Chriſto, luna Deipara, ac ſtellis,
Sanctis inquam ac Beatis. Tunc ſc. ſtella il-
læ cœlo cadent, pulchra illa luna lumen de-
negabit, peccatoribus auxiliari deſinet: tunc
lucidus ille ſol obſcurabitur, nubibusq; fu-
rore & cholera velatus vultum teget. Tunc
quoque idem ſol ſignum iuſtitia ingredie-
tur: modo quidem in miſericordia ſigno, in
vita huius Zodiaco comparer, at tunc in iu-
ſtitia. Nouiſti Auditores, duodecim Zodi-
aci ſigna eſſe, quæ mundi oculus, princeps
luminis, omnium influentiarum dominus
ſol, anni ſpacio perambulat, *Sunt Aries, Tau-
rus, Gemini, Cancer, Leo, Virgo, &c.* Totidem
quoque in Euangelio reperire eſt: & Chri-
ſtus ſol noſter, cum aliqua horum in vita
percurriffet, iudicij tempore cætera percur-
ret. Arietis iam olim ſignum ingreſſus eſt, in
eo namque à Ioanne videretur, dum velut a-
ſtrologus peritiſſimus exclamat, *Ecce agnus
Dei, ecce qui tollit peccata mundi.* quin in hoc
eum ſigno à longo iam tempore vidit Iſaias,
Emit-

IV.
Signa ex-
tremi iu-
dicij alle-
gorice ex-
poſita.

*Ioan. 1.
Iſa. 16.*

Iſa. 7.

Ioan. 2.

Emitte agnum Dominus dominatorem terra. signum quoque Virginis pertransit, in quo idem eum vidit. vaticinans namque ait, *Ecce virgo concipiet & pariet filium.* Geminos etiam pratergressus est, in quibus totus eum vidit orbis: in mysterio videlicet. Incarnationis, in quo duplex natura, diuina & humana, velut gemini, in vnam hypostasin coaluerunt, ac non nisi vnam personam constituerunt. Cancrum quoque ingressus est, cancrum inquam, qui retrogredi ac retrocedere solet: quando a maiestate & magnificentia sua recedens infra Angelos sese demisit, & homo factus est. atque in hoc signo eum aperte Ioan. vidit, dum ait, *Et verbum caro factum est,* quin & prædixerat Psalmograph. *Minus est eum paulo minus ab Ang. lū.*

Psal. 8.

Verum extremi iudicij tempore Libram ingrediatur: Leuate capita vestra Auditores, tunc, tunc inquam signa in sole conspicabimini, tunc sol Libram subibit, tunc ponderabit, omniaque opera, verba, cogitationes nostras iustitiæ suæ trutinæ imponet & examinabit. Sol cum in Libra est, æquisoetium est, vnde poeta:

7. Greg.

Libra d' em somn q' paras vbi fecerit horat;
Et medium luci atq' vmbriū vbi fecerit o' bēi

Beatitudo electorū & pœna damnatorū semper durabunt.

ira cum mysticus ille sol iudiciorum suorum libram ingressus fuerit, noctes æquabit diebus, dies inquam Beatis ac cœlestibus, noctes damnatis ac reprobis, nam & horum supplicia, & illorum gaudia perennia futura sunt, nulloque vnquam fine terminanda. Deinde Leonem etiam intrabit; itaque furore & indignatione accendetur, vt omnia quæ hic in terra sunt, ad ima vsq; fundamenta montium, incendio consumpturus sit. *Montium,* ait hinc Moses, *fundamenta comburet.* Equis, Deus bone, ardor! ecquod incendium! *Non est qui abscondat se à calore eius.* Tunc vere sol in Leone futurus est: iudex. n. non iam humana, sed leonina voce de tonabit ac rugitu suo totum percellerit orbē. Docuit hoc me Prophetes, dicens, *Leo rugiet, quis non timebit?* & alius: *Dominus de Sion rugiet, & de Ierusalem dabit vocem suam & mouebuntur cœli & terra.* Huc respiciens David, simulque conceptum nostrum auctoritate sua confirmans, duas ei qualitates assignat, penitus

Deut. 32.

Psal. 18.

Amos 3. Isel. 3.

inter se contrarias, clementiam nimirum ac rigorem: *Dulcis & rectus Dominus:* modo quidem dulcis est, quam diu in misericordiæ signo hæret, at rectus & rigidus futurus, quando iustitiæ signum fuerit ingressus. S. Bern: quoq; eodem respiciens, iudicem nostrum comparat api, in ore quidem mel, in cauda vero aculeum gestanti: modo enim non nisi nectar spirat & misericordiam. at in mœdi sine aculeos, stimulos, iustitiâ proferet. ideoque erunt signa in sole & luna & stellis.

Psal. 124.

Luc. 21.

Signa luctus ac tristitiæ: erunt namque lugubres hæc ante mundi consummationem apparitiones, velut luctus quidam generalis, atque vniuersalis omnium creaturarum in hominis interitu planctus. Nam quemadmodum rege mortuo tota aula luctum induit, atque vniuersum regnum plangit ac lamentatur, ita cum homo totius vniuersi rex, circa mundi finem in extremis versabitur, tota orbis huius aula lugebit, magnates cœlestes, elementorū præsidēs, terræ vasalli: totus deniq; mūdus plangent & ululabit. Quod ad viuum expressit Ezechiel. *Et operiam, cum existētis furis, cœlos: & nigrescere faciā stellarum suum.* Et quamuis hoc iuxta literalem sensū de rege Ægypti intelligatur, mystice tamē de homine, qui mundi huius dominator est, intelligi quid vetat?

Signa hæc futura sūt signa luctus.

Ezech. 30.

David audito, Saulē & omnes fortissimos Israel in montibus Gelboe occubuisse, contristatus est quam maxime, vtq; omnes tantam cladem deplorarent, omnis Israel luctum induceret, lamentis personaret, ac lugubre carmen funderet, auctor fuit: quin & Israelitides, vt mortem Principis sui plangerent, adhortatus est, *Filia Israel super Saul flete, qui vestes at vos cocino in deliciis.* Nō aliter, quando circa diē iudicij mors hominis, qui velut regulus in hoc mūdo est, ac totius nobilitatis filiorū Adam annuntiabuntur, natura tam acerbum casum egre ferens, omnes creaturas ad lacrymas & gemitus excitabit, efficietq; vt totius vniuersi aula luctum induat: ideoq; stellæ abscondentur, planetæ cœlo ruent, elementa rebellabunt, animalia præ angustia emorientur, per omnia deniq; loca luctus, querelæ, lamenta, gemitus exaudientur.

2. Reg. 1.

Historia de morte Saul allegorice expressita.

Luc. 21.
Insignes
conceptus
morales.

audientur, & vt Euangelij verbis loquar, *erunt signa in sole, & luna, & stellis.*

Et quemadmodum, inquit Chryso-
stomus, patre aliquo familias in mortis articu-
lo constituto, tota domus in luctu & maero-
re versatur: hinc filii carissima pignora, il-
line vero domestici ac serui plangunt ac la-
mentantur, aulae parietes denudantur, ali-
isque vestibibus conuestiuntur, ac per omnes
domus angulos vnica imago mortis oberrat:
ad eundem modum paulo ante finem mun-
di, hominem magno illo patrefamilias, qui
forum orbem regit ac moderatur, caelos, vt
contempletur: elementa, vt temperet: anni
tempora, vt dirigat: bestias, vt frenet: omnia
deniq; , vt libere de iis disponat, in extremis
agente: magna haec mundi familia turbabi-
tur ac planget: herbae siquidem exarescent,
arbores deflagrabit, aues obmutescunt, om-
nia luctu & laments replebuntur, pulchri
illi agrorum tapetes auferentur, siluarum vi-
ror peribit, flammantes illae caelorum faculae
extinguentur, omniaque atrae & pullas ves-
tes induent, tenebras inquam ac nebulas.
Ita namque testatur Euangelium, *Erunt si-
gna in sole, & luna, & stellis.*

Signa discessus hominis, dierum illius finis, omnium reru derelictionis signa. An non enim, cu palatii fenestrae & ianuae clauduntur, aulae a parietibus auferuntur, tubae discessum sonant, excubitores & stipatores regii procedunt, signum est Principem abitu ad ornare: quando columnae & bases tremunt, an non hinc colligere est, domum ruinae meditari; quando naturalis ac vitalis color, & facie decor perit, & pallor corpus obsidet, an non hinc mortem licet praefagire? Quando igitur rutilantes illae fenestrae caelorum, ianuae illae mundi, solem & lunam intelligo, manu Creatoris ipsius clauduntur, aulae ac peristromata lucis & diei auferuntur, tubae quibus mortales ad iudicium euocabuntur personabunt, Angeli denique qui Deilateri semper adherent, progredientur: an non manifestum signum est Principem, id est hominem, velle discedere? Demum vbi tot terrae motus, tot concussiones audientur, atque vterque mundi cardo quassabitur, ingens illa mundi domus an non pra-

Signa in-
reitus
mundi.

sens periculum adibit? Adhaec vbi color ille naturalis agrorum, ille candor, viror, rubor, color ille purpureus, giluus, ac rubicundus qui in pratis modo oculos omnium delectat & afficit, creaturarumq; fronti insculptus legitur, deficere & emarcescere coeperit: nonne certissimum praefagium est, mortem adesse, ac finem imminere? Cum homines denique palleat & arescent praetimore qui superueniet vniuerso orbi, cum sol, luna, stellae, radios, lumen, fulgorem amittet: profecto dubitare nemo potest, quin mors praeforibus sit, omniumque rerum finis inestet.

Atque adeo nolite mirari, *si erunt signa in sole, Luc. 21. & luna, & stellis.*

Felix ac faustum omen est, cum caeli ex-
ultant, vt in sacro nativitate Domini die, omen est
quando Angeli caelo descendentes suauissi-
me in aere modulabantur, Gloria in excelsis
Deo: & quando stellae in signum laetitiae in
Osiente fulgebant. Verum cum luctum in-
duunt, ac tetro velamine cooperiti sunt, vt in
tristi Passionis die, triste solet augurium ap-
pellari. similiter non triste omen erit, cum
in die iudicii globi caelestes tristitiam praefere-
rent, planetae obscurabuntur, stellae praemore
concidant, sol & luna luctum demonstrabunt?
quam fatale hoc futurum est prognosticum! vnde
Propheta qui nouisse omnia videbatur, *Finis venit, venit finis, Exech. 7. euigilauit aduersum te, ecce venit: immittam furorem meum in te, & iudicabo te iuxta vias tuas.*
Ita quid aliud est signis prodigiosis nisi prodigia colligi poterunt: quamobrem *Erunt signa in sole, & luna, & stellis. Luc. 21.*

Quid? an non sufficit, signa esse in sole, vt in luna etiam ea apparere sit necesse? O signa, o mirabilia! nempe sole obscurato obscuratur & luna, ac stellae deliquium patiuntur. Demonstratur hinc quantum magnorum exempla, tum in bonum, tum malum virium habeant ad plebem permouendam. Quando igitur Principes & optimates in timore & cultu diuino defectum faciunt, inferiores & subditos eundem experiri necessum est. Nam vt columnis & fundamentis domus, in qua Philisthaei epulabantur, a Samfone inter se collisis, trabes, & tigna, & lapides coneciderunt: ita & magnati-

bus, qui velut bases & columnæ reip. sunt in vitia prolabantibus, populum ac plebem eodem lapsu & ruina cōcidere oportet. Aaron & Principes populi Israel mox vt idola conflare cōpēre, tota multitudo eadem supplex adorauit. Dicit profecto non potest, quantū superiorum exempla obeffe vel prodesse in subditorum animis queant: sol nempe hic deliquium patitur & luna, cum luna stellæ.

Iudic. 16.

Exod. 32.

Delicta q̄ initio parua sunt, tandē tēpore maiora fiunt.

Matth. 4.

Isai. 14.

Luc. 21.

Gen. 1.

Apoc. 10.

Ecce & alium cōceptum ex his signis profusum. Mirabile est, sole tantum obscurato, lunam lumine destitui, ac stellas cœlo cadere. Profunda hic Philosophorum quæstio est, qui nimirum vitium semper in deterius crescat, quoq; magis à fonte recedit, quo & in perueritate inualescat. Aiunt siquidem Philosophi, *Paruus error in principio, maximus est in fine.* Musca quidem initio est, antequā vero ad suam peruenit, elephantem superabit: quique in exortu gutta minor erat, in oceanum tandem excrescit. Ita filium Dei satan à lapidibus tentare incepit, atq; in regna finiuit, quod initio non nisi instar vermiculi erat in crocodilum tandem euadit. ait enim Propheta, *De rana colubri egredietur regulus.* Exemplum autē euidentius hodierno in Euangelio reperimus, vbi sole tantum obscurato, luna lumine destituitur, ac stellæ cœlo ruunt. *Erunt enim signa in sole, & luna, & stellis.*

Admirabili illa creationis die, qua omnipotens rerum opifex cuncta è nihilo produxit, hunc in modum ipse locutus est, *Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem, & sint in signa ac tempora, & dies & annos, &c.* Luminaria hæc nihil erant aliud quam sol, luna, ac stellæ, quæ, vt Creatoris legibus obsequantur, erunt in signa & prodigia: non autem vt temporariam & annos discriminant, diesque distinguant à noctibus. Tunc siquidem horologia finem habebunt, de diebus, mensibus, septimanis nulla amplius erit mentio, vnica omnia dimeticur æternitas. Ita namque affirmavit hoc ipsum Angelus ille Apocalypf. qui pede vno terram, altero mare calcabat, *Et iurauit per viuentem in sacula sæculorum, &c. quia tempus non erit amplius.*

Legem item suam promulgaturus hunc in

Tom. 1. Pars Hyemalis.

modum Mofi locutus est, *Signa factam qua nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste in cuius es medio, opus Domini: terribile quod facturum sum.* Extremi scilicet iudicij die legem omnibus hominibus Deus dabit, tunc enim signa edet, quæ nunquam hæcenus à quoquam mortalium visa sunt vt omnes mundi incolæ opus Domini terribile, quod horrendo illo die facturum est, quando omnes sc. mortales dijudicabit, videant & agnoscant.

Ioannes magnum aliquid omnibusque inauditum sæculis narrare volens, admiratione & exclamatione vsus est, prodigia, miracula, paradoxa. *Signum magnum apparuit in cœlo.* Si discipulus ille quem diligebat Iesus, quemq; singularibus gratijs ditauerat, vnico in cœlis signo viso adeo obstupuit, vt magnū quid se vidisse exclamet: quid in vniuersali mundi excidio erit, quando infinita signa apparebunt in terra, mari, elementis, alijsq; mundi partibus. Audite vt in numero plurali dicatur, *Erunt signa in sole, &c.*

Et quænam signa? & quomodo? sol nimirum obscurabitur, luna non dabit lumen suum, ac stellæ cœlo cadent. Quomodo vero hæc futura sint, nō eadem omnium est opinio, consent enim aliqui, non ita solem & lunam obscuranda, vt lumen penitus amissura: sed quod alio quodā lumine maiori Christo ad iudicium veniente offuscanda sint. Maius enim lumē, teste Philosopho, offuscat minus. In hanc opinionem consentiunt Hieron. Buthymius, Venerabilis Beda, August. Ioannes Chrysof. qui ait, *Sol obscurabitur, non quia destruetur, sed quia luce aduenientis Christi superabitur, &c.*

Alij vero metaphoricum sensum consentantes, aiunt solem & lunam non realiter ac vere lumine suo priuanda, sed tropologicam hic loquendi formulam cōtineri, qua angustia & miseræ tēporis illius denotentur. Solent enim in Sacris literis afflictiones & anxietates per nubes & tenebras, caliginēq; vt plurimum designari, vt in cap. xviii. Iob scribit Gregor. atq; adeo huiusmodi hinc elici sensum posse iudicant. Tantas angustiarum tenebras, calamitarumq; nebulas tunc miseri mortales patiētur, perinde ac si cum so-

B Ieluna

Plura signa in die iudicij apparebunt. Apoc. 12.

Luc. 21.

Variæ opinioniones de solis hac obscuracione.

Lib. 21. serm. 130. de tempore.

le luna omni lumine destitueretur, nullumque splendorem emitterent. Atque hanc Scripturarum loquendi consuetudinem in illo Isaia loco ad oculum cernere est, esse stella cæli & splendor earum non expandent lumen suum, obnebratus est sol in ortu suo, & luna non splendet in lumine suo, &c. quæ verba Hieron. eo quo diximus sensu exposuit. ite apud Amos, *Occidet sol in meridie, & tenebre cere faciam terram in die luminis.* Sunt hæc metaphoricæ locutiones, quibus omnibus ostenditur, omnes eorum delicias ac gaudia in luctum & amaritudinem conuertenda, solem autem in meridie occidere, quid quæso significat aliud, quam in mediis eos voluptatibus ac iucunditatibus maximis angustiis molestiisque inuoluendos?

Longius etiam deuians Origenes, singularemque opinionem secutus, solis hanc lunæque obscuracionem è fumo tetraque vapore, quem incensus infra orbis terrarum emitteret, prouenturam putat. Sed veluti & alii à veritate nimium quantum alienus est, eo quoque falsitatis, hoc potissimum nixus argumento, coarguo, quod prius solem obscurari necesse sit, quam mundus succendatur: omnes alioquin homines incendio absumerentur, ac nullus proinde signa hæc præambula videret. Cum tamen Euangelij cõtextu certissimum sit homines hisce visis percellendos, præque timore ac formidine prope modum perituros, *Arescentibus hominibus præ timore.*

Verosimilius igitur videatur, solem & lunam vere obscurada, ac deliquium passura. nam vti tempore passionis Dominicæ vere ac realiter defecere: ita quoque in ultimo eius aduentu, quando cum sceleratis iustitiæ facturus veniet, vere deficient. Quatuor autem Abulensis modos producit, quibus hanc obscuracionem solis fieri posse putant. Primo per subtractionem radiorum: tunc enim Deus non sine miraculo, generalè concursum suspendet, nec amplius cum luminaribus illis, quo lumen effundant, cooperabitur: atque ita sole radios reuocante, luna atque astra, quæ non nisi solis adminiculo lucent & à quo omne lumen suum mutuuntur, obscurabuntur. Quod autem scriptura dicat, *Stellas cælo col-*

*lapsuras, insinuare vult, eas lumine priuandas, mundoque non amplius facularum aut luminarium instar fore. Secundo per interiectionem corporis cuiusdam spissioris. Tertio per claritatis suspensionem: tunc siquidem non amplius lumen aut radios sol effundet. Quarto per eclipsim, quæ mihi præ cæteris aridet, si de eclipsi supernaturali intelligamus? nam si naturalis foret, inter signa & prodigia censi minime posset: fieri adhuc naturaliter non potest, vt sol & luna eodem tempore simul deliquium patiantur: solis enim per interpositionem lune inter solem & terram fieri solet: luna vero, cum terra diametraliter inter solem & lunam interiecta est. Hæc quin etiam eclipsis à cæteris differet, quæ futura sit vniuersalis, quippe quæ omne vbi que terrarum lumen auferet, tenebrasque quæcumque; diffusas causabitur, quæ nulla hæcenus eclipsis præstitit. Præterea erit diuturna, vt ab vniuerso mundo percipi queat, ac velut certissimum venturi mali excidiumque præfagium habeatur. Credunt nonnulli ad tres eam horas duraturam, vt ea quæ Passionis tempore visa est. alii ad plures: nonnulli triduo, vt tenebræ Ægyptiæ. Equidem medium iter cõplexus, tam diuturnam eam fore non crediderim, ne fortasse inferiora hæc lumine destituta pessum eant. Quidquid demum sit, certissimum est, fore *signa in sole & luna, &c. Luc. 21.**

Erunt signa in sole: res mysterio non vacat. Sol quippe inter cætera duorum symbolum significat. est: in primis iustitiæ. hinc apud Orpheum plerumque iustitiæ oculis nuncupatur. Nam vt lumine illo suo bona à malis fecerit, ita & iustitia. Deinde etiam vitæ: atque hinc cum Persarum rex Cyrus somniasset, solem manibus elabi suis, somniorum interpretes arioli eum propediem moriturum coniciebant. At quando in Euangelio legimus, solem obscurandum, ac velut è mundo fugiturum, conicere licet & augurari, mundum in extremis esse, ac propediem moriturum, iustitiæque mox vnicuique reddendam, O signa prodigiosa!

Agnus in Apoc. cum sextum sigillum aperuisset, terra tremere & moueri, sol obscurari, luna rubescere, stelle ruere, venti insurgere & grassari, reges denique præ pauore reli-

Eclipsis solis ac lunæ vnde proueniunt.

Quot horis solis eclipsis in mundi fine duratura sit.

Luc. 21.

Sol duo significat.

Apoc. 6.

Isai. 13.
Amos 8.

Zho. 11.

in Matth.
24. qu. 155.

his viribus in cauernis sese occultare ceperunt. Sextum hoc sigillum sextam mundi ætatem mystice designabat, quæ & vltima est, & in qua horrenda hæc prodigia euenient, terribiles nimirum motus terræ, nouæ in sole eclipses, exoticæ mutationes in luna, stellarum lapsus, regum ac principum fuga & pauor. Atq; hæc prodigia sunt, quæ Euangelium declarat, *Erunt signa in sole, &c.*

Luc. 21.

Gen. 37.

Quid? anne signa in sole? ô subita rerum mutatio, ac tristis metamorphosis! vidit olim in somnis Ioseph, ad tantam se aliquando dignitatem sublimandum, vt à sole, luna & stellis se adorandum dicat. At in die iudicij omnia hæc mutabuntur: astra namq; quæ hominibus cultum & obsequium lucendo exhibebant, quæ vitam illis etiam conferebant, tantum aberit, vt placide eos habitura sint aduersus eos insurrectura, bellū motura, lumenque sint denegatura: antiquus ille cultus in tyrannidem, honores in contemptū, obsequia in barbaram inhumanitatem transitura: quod triste atque infaustum erit augurium.

Iosue solem
sistit.
Ios. 10.

Iosue cum aduersus Amorrhæos bellum gereret, victoriaq; in se inclinaret, solem in medio Zodiaci, lunamque in sphaera sua, ne vltius progredierentur, cursum sistere coegit, donec barbaros ad internecionem deleuisset, & quinque illos reges qui ad bellum exiiti venerant, interemisset. Idē omnino mihi in extremo iudicio euenturum videtur; adeo vt ad solum Christi nutum, sol, luna, ac stellæ, in medio cœli fixa mansura sint, lumenque & influxus solitos nūdo negatura, donec maledictos illos Adæ posteros, hostes suos iuratisimos confecerit. *Vt sumas vindictam de inimicis suis*, ait Ieremias, *Impius reddit vindictam*, addit Ecclesiasticus, *ad faciendam vindictam in nationibus*, subnectit Psalmographus. Idcirco nimirum Planetæ in medio cœli stabunt, signaq; & præfagia impendentis hominibus calamitatis edent.

Ier. 46.
Eccles. 12.
Psal. 149.

Tunc quoq; verum fuisse comprobabitur vaticiniū Iob, qui cum Dei miracula describeret, ait: *Qui præcipit soli, & nō oritur, & stellas claudit quasi sub signaculo: qui commouet terrā de loco suo, & columna eius concuittur.* Illo quippe die, die inq; omnium dierū maximo

Iob 9.

& extremo, soli præcipiet Deus, & non amplius quo diem hominibus afferat, orietur; tunc etiam stellas claudet, & velut in carcerem cōpinget, adeo vt cœlo exulare & in terram concidisse visuræ sint; tunc quoq; terrā commouebit, eius cardines cōcuriet, & vtrūq; polum tremere faciet. O prodigia inaudita!

Rex ille ac monstrorū domitor Dauid, futura olim disquirens, non sine admiratione ijsdem locutus est dicens, *Sicut cera fluit, auferentur, supercecidit ignis, & non viderunt solem.* Attentius hocce vaticinium examinanti in mentem venit, de nostris eum signis, quæ circa mundi finem videbuntur, sermonem instituisse: tunc enim omnia instar ceræ defluent; tunc ignis cœlo descendet; tunc homines non amplius solem aut lunam videbunt; tūc quoq; merito dicere mortales poterunt, quod longe ante prædixit, *Sol cognouit occasum suum*; sol quippe signis his finem suum, atque omnium rerum ruinam instare, demonstrabit.

Psal. 57.

Psal. 103.

Sapiens hominem, qua ratione vitam instituat, commonefaciens, his eum verbis allocutus est: *Memento creatoris tui in diebus iuuentutis tue antequam veniat tempus afflictionis tue, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placent, antequam enebrescat sol, & lumen, & luna, & stella.* Omnia hæc, etiam nulla adhibita periphrasi, de iudicio extremo, ac signis præambulis intelligenda sunt. Modo namq; velut iuuenta hominis est, tunc vero tēpus afflictionis, tunc grauior quodāmodo ætas ac tarda senectū malis varijs circūsepta ingruet; tunc sol obscurabitur, luna deliquiū parietur, stellæ abscedentur: quam obrem si homo consilijs meis velit acquiescere, sapientique monenti auscultare; creatoris sui, antequam omnia hæc non expectata adueniāt, recorderetur.

Ecc. 12.

Hoc Iosue duci fortissimo tribuit elogiū Ecclesiasticus, *An non in iracundiā sua impeditus est sol, & vna dies factus est quasi duo?* At Iosue laudem meliori nos hoc iure Iesu Christo attribuemus, eiusq; potentiā super omnium regū terras potentiā efferemus; ipse etn. in indignatione sua, & cholera non modo solis cursum impedit, sed omne etiam lumen tū ei ac lunæ, tum etiam stellis eripiet, efficietque vt

Isai. 24.

dies illa omnium dierum maxima dici que-
at, *dies magna & amara valde.*

Alius quidam magnum quid & nouum
innuere volens; ait: *Et erubescet luna, & con-
fundetur sol, cum regnauerit Dominus exerci-
tuum in monte Sion, & in conspectu senum suo-
rum fuerit glorificatus.* Equidem mysterium
rei subodorans, signa iudicium extremum
præcessura hic designari arbitror: tunc nempe
Christo angelicarum humanarumque; ceteruarum
duce ad iudicandum descendente,
vt ab omnibus mundi rex saluetur, & in
medio Patriarcharum ac Prophetarum, qui
sæpius sub senum imagine in sacris litteris
exprimuntur, gloriam amplissimam conse-
quatur, tunc inquam, erubescet luna, ac sol
pudore quodam modo cõfusus vultum abs-
condet, & apparere non audebit atque hoc

Matth. 24.

est quod Euangelium innuit, *sol obscurabi-
tur, & luna non dabit lumen suum.* Maias hominẽ

Isai. 69.

de beatitudine ita allocutus est, *non erit tibi
amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor
luna illuminabit te.* quod hic Propheta de ec-
lectis in alio mundo ait, ipse de miseris mor-
talib. hoc in mundo vsurpem; quasi dixerit,
Tecum statuas velim ò homo, in mundi ex-
tremo nõ amplius tibi solem radios ad illu-
minandum præbiturum, aut lunam noctes
splendore suo illustraturã, stellas quoque luce
destituendas. Quamobrem, audi quid Eu-
angelista dicat: *Erunt signa in sole, & luna,
& stellis.*

Luc. 21.

Dies ex-
tremi iu-
dicii dies
tenebra-
rum & ca-
liginis.

Ioel. 2.

Soph. 1.

Exod. 10.

Job. 10.

Ioel & Sophonias Prophetæ dum diem
quendam horrendum describerent, iisdem
omnino verbis vsi, eum *diem tenebrarum &
caliginis* nuncuparunt. Importunius horum
verborum sensus non est inquirendus; vt
terre enim procaldubio de iudicio locutus
est, quo sole, luna, stellisque lumine destitu-
tis, densissimæ vniuersam terræ superficiem
tenebræ occupabunt; tenebræ quales erant
illæ quibus Ægyptij diuexati fuere: tunc
mundus non amplius paradisi voluptatis,
sed, vt Iob olim eum descripsit, *terra miseria
ac tenebrarum* erit. In quib. verbis notare vos
velim vt hic miseriæ tenebræ velut maius
quid, postponantur, vt hinc disceremus, so-
lis absentiam, lunæ stellarumque retractio-
nem, denique tenebras hæc horrendas, misc-

riis & calamitatib. acerbissimis grauiores &
intolerabiliores fore, atque ideo Euangeli-
sta, vt totum mundum percellat, solum ait,
Erunt signa in sole, & c.

Luc. 21.

Dixisti olim de sponfa tua, amore tran-
uersum actus, Domine, *Pulchra vt luna, ele-
ta vt sol,* sed in mundi fine hæc loquendi ra-
tio penitus exoleuerit, nec amplius locum
habebit: nihil quippe tunc sole tristius, nihil
luna luctuosius, nihil stellis fœdus appare-
bit, *Sol & luna obtenebrati sunt,* ait Ioel: *Sol
obscurabitur, & luna non dabit lumen suum.*
Euangelista: *Luna tota facta est sicut sanguis,*
scribit in Apocal. Ioan.

Cant. 6.

Ioel. 2.

Matth. 24.

Apor. 6.

Tu vero ò regum propheta, ac prophe-
tarum rex David, dum diuinas laudes in or-
ganis & psalterio decantas, solem & lunam
& astra ad concinendum inuitare soles, *Lau-
date eum sol & luna, laudate eum omnes stella
& lumen.* At in lugubri illo die mutandi e-
runt termini, nec summi illi naturæ modu-
latores ad iubilum & pœana, sed ad nœnias,
lacrymas, luctum & tristitiam inuitãdi. *Mu-
sica in luctu importuna narratio,* ait Sapiens;
toto siquidem mundo in lacrymis constituto
planetæ quomodo exultabunt? quomodo
hominibus præ timore arescentibus, tri-
debunt cœli? tantum porro abest, vt risuri
sint, vt amarissime ploraturi; nam *erunt si-
gna in sole & luna.*

Psal. 148.

Ecl. 22.

Luc. 21.

Ad quid obsecro hæc signa? cur tam tetrũ
sol amictum induat? luna cur lumine priue-
tur? cur tantam in stellas crudelitatem ex-
erceat creator, vt eas cœlo deturber? Quid
meruere sidera, planetæ quid peccarunt? quid
erit enim admiserunt? O arcana & inscrutabilia
iudicia Dei! Nihil, fateor, admiserunt, multas
tamen ob causas ea fieri signa permittet
Deus: Præmo, vt omne se peccatum odisse
ac detestari, quidquid peccato seruiuit, rigi-
dissime se castigare velle significet. Videte
obsecro peccati grauitatem ac peruersita-
tem: quia sol radiis suis peccanti famulatus
est, ideo ad tenebras condemnabitur; luna
quod latronibus de nocte lucem dederit lu-
mine tunc carebit; stellæ denique quod im-
piis auxiliatæ sint, cœlo deturbabuntur: vt
surpare vt hic liceat Horatij illud,

Cur crea-
tor hæc si-
gna edi-
turus sit.Peccati
malitia.

*Quidquid delirant reges plerũque Achini.
Nata*

Nam misera creatura propter hominis, qui in hoc mundo velut rex est, peccata punietur.

2
Ad peccatore percellendum.

Exod. 10.

Secundo; ut ita peccatores perterrefaciat, & ad poenitentiam inuitet: si enim caelum iram indignationemque iudicis, caelo descendentis, quo iustitiam suam exercent, sustinere nequeat; qui obsecro, miser peccator eandem sustineat: In Exodo scriptum est, tenebras horribiles per vniuersam Aegyptum factas esse, adeo ut nemo per triduum videre fratrem, aut loco in quo erat mouere se poterit. Si tantum tenebrae illae Aegyptiis terrorem incusserint; quid facient tenebrae illae vniuersales, quae quatuor mundi cardines cooperient? quantum illae peccatoribus terrorem ac formidinem incutient, cum sol sese abscondet, luna eclipsim patietur, & stellae lumen amittent?

Exod. 20.

Israelitae auditis tonitruis, & visis fulminibus, quae montem Sinai circumuallabant, in tantum perculsi sunt, ut ad Mosem cateruatim confluentes dixerint, *Loquere tu nobis, non loquatur nobis Dominus, ne forte moriamur.* Peccatores igitur & impii quid agent, quando vallem Iosaphat fragoribus & fulminibus septem videbunt? quando Deum tonantem audient, & tot ligna in sole & luna, & stellis videbunt?

3
Dei proprium est ignoscere.

Tertio, ut hic manifestum fiat, quam a diuina natura alienum sit, in peccatores insurgere, dignis delicta suppliciis castigare, cuius scilicet proprium est misereri semper & parcere, quique peccatorum mortem non desiderat. Ignoscere namque, Deo proprium est quarto modo. Sunt iudices, qui prius quam aliquem morti adiciant, vbertim seant, ad eum modum Deus, priusquam diluuium vniuersali mundum eiusque habitatores deleret, plorasse ac doluisse dicitur, *Tactus dolore cordis intrinsecus, delebo, inquit, hominem quem creauit.* Plorauit qui etiam super ciuitatem Ierosolymitanam, cum eius excidium & ruinam praesentiret. quin & diu ante per Isa. Prophetam dixerat: *Seruire me fecisti in peccatis tuis.* perinde ac dixisset, nihil mihi accidere potest grauius aut acerbius, o peccator, quam dum iniquitates tuas punire, iustitiaeque tela in te exerere cogor.

Gen. 6.

Luc. 19.

Esai. 43.

4. Omnia haec inferiora ab influxu caelesti dependant, cunctaque ab ope-

ratione solis vitam habeant, adeo ut quod riora ab Physici dicunt, *Homo hominem generat & sol, influxu hic scire vsurpare possimus.* Et quoniam tempore extremi iudicii omnia pessura sunt, caelesti dependet. non erit amplius necesse, solem lunam ve aut stellas in hoc mundo operari, at dolorem potius induere, quod rebus hisce inferioribus non amplius possint succurrere, aut etiam nolint, eo quod homines creaturaeque Deum peccando offenderint, ideoque indignabuntur. An non igitur rationes haec tam egregiae sunt, quam signa horrenda & terribilia? vos autem haec animo insculpta gerite, interea ad alteram me cōcionis partem praeparabo.

Profecto si prodigiola illa signa, funestaeque impressiones, quae in mundi sine apparebunt, antequam ad iudicandum venerit Dominus, timorem & metum incullura sunt; res ipsae quas praesignarunt, malaque quae post sequentur, maiorem haud dubie metum incutient, quam verbis exprimi queat. Solebat Propheta, cum ingentem quandam populo suo Deus calamitatem plagamque comminaretur, eam hominibus annuntiare, non modo verbis, sed etiam exteriori agendi vestigiis; ratione illam exprimere, ut hoc nouo inuitatoque schemate diuinam ultionem inuenerent, populoque timorem incuterent. Modo namque nudi foras prodibant, modo exotica quaedam & peregrina ratione vestiti, ut his visis populus vigam diuinam apprehendens, eandem euitaret.

Quomodo Propheta ira Dei exprimeret. Iesai. 20.

Hinc Isaias & Michaeas Propheta altissimi, nudi per plateas Ierusalem iram diuinam annuntiarunt, ut ita excidium & ruinam urbi ab inimicis imminentem ostenderent, non tam verbis quam gestibus praedicantes. *Vadā spoliatus & nudus, faciam planctum sicut draconum.* Quid? praeco ille flagellorum Dei, ut euerisionem urbis vnus declaret, nudus in cathedram venit, instar draconis vultu plangere, non vero instar hominis loqui. Quam vero sibi cathedram deligeret praeco Euangelicus, in qua horrendum illum iudicii diem, vniuersi orbis destructionem, omnium mundi urbiū ruinam, caeli terraeque excidium, hominum animaliumque stragem annuntiet? quibus haec verbis exprimet? lacrymis hic potius quam verbis agendum,

Mich. 2.

- Ierem. 21.** Video deinde Ierem. ferrea grauatum catena, suspirantem gementemque, Ierosolymitanas plateas obambulantem, vt vrbs captiuitatem desolationeq; populo exponeret: Ezechielem vero peregrini habitu indutus; ita quippe Deus præceperat, *Fac tibi vasa*
- Ezech. 12.** *transmigrationis*: quo hinc habitatores colligerent, aliquando se profugos & exules futuros, domoq; & patria relicta in alienū solum transuehēdos. Hæc eum ita sint, quod schema, quā hodie vestē induet Iudicij extremi præco, quib. verbis & gestibus vteretur, vt vniuerso orbi impendentem calamitatē denuntiet? Ipse porro Creator cū sciret hominum vires ac loquelam ad tanta mala denuntianda non sufficere; cælos, astra, ipsa quin etiam elementa præconis vice hic fungi voluit. Ideoq; sol egrediatur atro tectus velamine, luna deliquio deturpata, stellæ ruinam minantes, ac fragorib. rugiens, terra tremet, mare feruebit, atque vniuersus orbis incendium præferet. O ecquæ schemata, quam tristes colores, quales prædicatores, quæ nā nuntia!
- Apoc. 10.** Angelus quem ad iudicium nuntiandum Ioannes venisse scribit. nouum quendam habitum præferebat; facies quippe eius instar solis, cuius radij interiora terræ penetrant, rutilabat; vox vero instar rugitus leōis horrenda erat; pede vno mare, altero terrā premebat; amictus erat nube, iride velur diademate redimitus, manu librum magnum præferebat, & quæcunque loquebatur non nisi clamores & tonitrua imitabantur. Innuunt hæc omnia qualis esse debeat extremi iudicij præconis habitus, & agendi ratio. Imprimis Angelus sit oportet, & non homo, manu Euangeliorum librum præferat, vt diuinas scripturas intelligat; mentem instar solis lucidam, vestē instar nubis simplicem habeat; vox nō hominem, sed leonem sonet, omniaque verba eius mera sint tonitrua ac fragores, ad quod alludens Propheta canit: *A voce tonitruus tui formidabunt.*
- Vox, inquam, tonitruus fragores imiteretur, vt diē qualis nulla hæctenus exstitit aut existabit aliquādo, describat; idē qua videbuntur quæ nūquam visa sunt, qua erit tribulatio qualis non fuit, ex quo gentes esse ceperunt. tunc acmpe cum calamitas, afflictio & miseria ad
- Matth. 24.**

summum deuenierint. Quidquid hic vidimus, aut factum audiuius hæctenus, nō nisi præludia quædam & velitationes vmbrales fuere; at tunc conflictus vniuersalis erit, ac grando rubigoque communis vniuersum orbē destruet. Ingēs profecto calamitas fuit Samaritanorum, quando leones desertis, ad peccatorum castigationem emissi, vrbs introierunt, paruulos deuorant; homines dilaniant, & miserandam lōge lateq; stragem ediderūt. dirum sane fuit agmen, in quo bellæ militum, vngues armorū, iuba galearum, rugitus tubarum loco fuere. At miserabilior adhuc futura est extremi diei calamitas, quando non modo leones, sed varia monstrorum genera cauernis egrediētur, & pisces mari, aues cælo, mortui sepulcris, prodibunt. quænam obsecro tympana erunt, audire elementorum fragores & agitationes? quis conflictus, videre motus & concussiones montium? quænam strages, cernere animalia cum hominibus ab igne deuorari? *Erit tunc scilicet tribulatio, qualis non fuit ex quo gentes esse ceperunt.*

Grauis quoq; calamitas & tribulatio Gabaonitarum fuit, quando manum cum Hebræis cōferentes, ita se ab eorū agmine vndiq; videre cinctos, nulla vt ratione euadere, aut fuga sibi consulere potuerint: si enim terram intuerētur, Hebræis eadem cooperta erat, qui sub duce Iosue strenue admodum decertabant; ipse deinde armorum fulgor oculos perstringebat; clamores adhuc vincientium aurib. insonantes auditum obtundebant, quocunq; demum oculos verterent; mortis imaginē videbant. si autem mōtes respicerent; cernēbant Mosē precibus Deum placantem, victoriamq; enixe deprecantem: si solem, inimicum & aduersarium sibi eum sentiebant, qui scilicet in perniciem Gabaon coniurans, in medio cursu, quo Hebræis diutius luceret, hærebat. At non nisi ludicra hæc sunt, si cum tribulatione, quæ iudicium præcessura est cōferantur; tunc siquidem omnia aduersus peccatorem insurgent, omnis tūc salutis ianua oclusa, ac desperationis referata erit. quocunq; namq; se verterit, sese irretitum cernet; si oculos sursum erigat, Iudicem videbit inexorabilem, si deor,

4. Reg. 17.

Matth. 24.

Iob 19.

si deorsum vertat, infernale baratrum patens; si a dextris, angeli indignantes; si a sinistris, dæmones sæuientes & accusantes adstant: circumquaq; denique ignem inextinguibilem, atque sexcentas alias calamitates cernet. A deo vt nunc futura sit tribulatio, qualis ab hominum memoria fuisse nunquam legitur.

Ingens etiam fuit tribulatio excidij Ierosolymitani, quam Dominus Iesus sibi ob oculos ponens lacrymatus est, quando tot excelsæ turres, tot superba palatia, & muroꝝum propugnacula hostili manu euerſa sunt, & ad terram cõciderunt: quando magnificum illud templum, quo nullum in orbe erat augustius, ab igne consumptum est, & in cineres redactum: quando milites sacerdotum sanguinem effuderunt, infantes cuius extractos iugularunt, patribus illiserunt, senes & decrepitos magna crudelitate velut victimas ante aras, & per compita trucidarunt; matronas criuibus abrepta, per plateas miserum in modũ traxerunt, filias publice ante parentum oculos violarunt, omniaque sanguine & cæde permiscuerunt. Ipsa tamen iudicij calamitas grauior futura est: tunc namque non vrbs vna, sed quotquot in orbe sunt vrbes euerſentur, & in fauillas redigentur, omnes arces & propugnacula concident, omnes mōtes solo æquabuntur, arbores cum radicibus euellentur, animalia præ angustia & incendio exspirabunt, templa prosternentur, & quotquot iã in orbe sunt moles, iniuriam celo facientes, in cineres & puluerem conuertentur; tunc quoq; terra ac mare ardebunt, cæli turbabuntur, homines eiulabunt, aereæ regiones fonitu ac fragore horrendum in modum boabunt, omnes denique creaturæ concitabuntur ac tremant. *Erit namque tribulatio, qualis non fuit.*

Matt. 24.

Quatuor in rebus hæc tribulatio fita est.

Matt. 24.

Hæc porto tribulatio quatuor in rebus fita est. Primo namq; tunc apparebit signum nouum, quod ab omnibus conspici poterit, quod ab Euangelista signũ filij hominis appellatur. Per quod Origenes gloriam designari putat, quam Christus sibi in cruce moriẽdo comparauit: adeo vt sensus sit Christum tanta cum maiestate & gloria ad iudicium venturum, vt nemo dubitare possit: quin ipse, &

non alius Iudex futurus sit. Auctor operis imperfecti hic flagrorum vibices, & cicatrices clauorum quibus cruce affixus fuit, intelligit. At cõmunis Patrum semper opinio fuit, per signum non nisi crucem in Christi, quæ vexillum eius est, designari; ita scilicet exponunt Beda, Euthymius, Theophylactus ac Hieronymus.

Erit scilicet signum hoc, cuius olim figura in deserto Sinai a Mose erecta fuit, quæ a serpente moribus intuentes immunes reddebat, *Fac serpentem aneum, & pone eum pro signo.* Erit signum Thau, quod frontibus hominum insculptum a morte eos & angeli exterminatoris gladio defendebat: & vt Thau postrema alphabeti Hæbraici littera est, ita crux Christi vltimum legis Mosaicæ membrum fuit. *Et signa thau super frontes vrorum* Ezech. 9. *gemit. ù.* &c. signum, inquam, purpureum per quod Raac Ierichuntina, & omnis eius cognatio ab excidio & cæde immunis extitit. Signum quoque pacis & fœderis, quod Iosue 2. mox a diluuiio daturum se Dominus promissit. *Hoc est signum fœderis, quod do inter me & vos, & ad omnem animam viuentem,* Gen. 9. *Signaculum quod sponsus in Canticis dilectam in corde, velut arrham & pignus amoris, quem sancte ei iurauerat, gestare cupiebat, Pone me vt signaculum super cor tuum, vt signaculum super brachium tuum* Denique signum cui multos contradicturos Propheta vaticinatur, *Et in signum cui contradicetur.* Luc. 2.

Signum, quod lōge quam prius aliam naturam induet: nã crux quæ prius amoris, pacis, fœderis signum erat, quæ peccatorum spes; afflictorum solamen, ac miserorum refugium solebat esse, iam belli signum & nota, calamitatis prognosticon, impiis terror, peccatoribus ruina, gentibus mors futura est. O signum terribile ac metuendum! signa namque quæ in sole, luna, stellisque apparebunt, non nisi vmbatica & leuia, si cum signo filij hominis comparetur, videbuntur. Illa non nisi homines, hoc etiam Angelos percellat: *Et virtutes cælorum commouebuntur.* atque omnes orbis incolæ coget ingemiscere; *Plangent se super eum omnes tribus terræ.*

Cruce futura signũ filij hominis quod in iudicio apparebit.

Num. 21.

Ezech. 9.

Iosue 2.

Gen. 9.

Cant. 8.

Luc. 2.

Cruce terroꝝum erit improbis in die iudicii.

Matt. 24.

Apoc. 1.

Quid igitur tunc facies, peccator infelix? In die iudicii quo fugias non habebis, nullum tibi restabit asylum.

fugiat nō aſylum, omnis tunc ſpes tua perierit. Adam
habebit olim iudicio ſe ſiſtere coactus abſcondit ſe,
peccator. & poſt vmbra arboris delituit. *Abſcondit ſe*
Gen. 3. in medio ligni paradifi, quod non temere, ſed
cum myſterij alicuius iudicio factum eſt. de-

monſtrauit inſcius, crucis lignū verum pec-
catoribus, cum à Deo ad necem conquirun-
tur, refugium eſſe. At in die illo extremo om-
nia ſecus euenient. Iacob quoq; in patriā re-
uerſus, idola quæ è domo Laban ſoceri clam
ſuſtulerat, ad radicem arboris Terebinthi ſe-
peliuit. quo nil denotatur aliud, quam om-
nem ſcelerum idololatriam, quæ in domo A-
dam regnarat, aliquādo ad nouæ terebinthi,
crucem intelligo, radicem ſepeliēdam. Hæc
quidem ante iudicij diem, ſed vt ipſo nulla
amplius ſalutis in ea inueniendæ ſpes ſuper-
erit, arbor nulla ſalutaris tunc futura eſt, ip-
ſa quin etiam crucis tunc noxia & hoſtilis e-
rit: illa ſiquidem, quæ olim in terra plantata
fuit, nunc in cœlo conſpieua vniuerſis appa-
rebit. *Hoc ſignum crucis erit in cœlo, cum Domi-
nus ad iudicandum venerit.*

Exod. 12.

An non hoc miſerum, ac vere deploran-
dum erit, ſumme Deus! Ea ipſa nocte, qua
Ægypti primogeniti ab Angelo interfecti
ſunt, omnia regni idola ad terram deiecta
ſunt, vt è verbis illis Exodi intelligitur, *in*
cunctis Diis Ægypti faciam iudicia. Adeo vt
matres mane ſtrato ſurgētes, primogenitos
que ſuos interemptos cernentes, cum larari-
um, dijs penatibus ſupplicaturæ, fortemque
ac calamitatem ſuam enarraturæ, ingreſſæ
eſſent, non parum percuſſæ fuerint, cum eos
manibus, brachijs, capite truncos, ſolo pro-
ſtratos viderunt: patres vero dolore acti pro-
pmodum exanimati ſunt, cum in templa, hic
ad Iſidem, ille ad Serapidem, ad Anubim, a-
lius inuocādum, fugientes, ad terram colla-
pſos videre: ita vt ſummus per vniuerſū re-
gnū dolor & gemitus exaudiretur. Idipſum,
& ne dicam, deterius quid, in die iudicij pec-
catoribus eueniet, in quo non primogeniti
modo, ſed omnes mundi incolæ cognatioq;
interibunt: tunc namque, cum domo egredi,
& ad templa velut ad loca tutiora cōfugere,
diuinam opem, Deiparæ & Sanctorum om-
nium interceſſionem, crucisq; huius merita
imploraturæ, parabunt; omnia hæc euerſa,

& ad terram quodammodo collapſa reperi-
ent, Deum ſcilicet iratum, Deiparam indi-
gnantem, Sanctos ad iracundiam concita-
tos, & crucem, exitum & interitum mini-
tantem. An non igitur hæc tribulatio eſt,
qualis ab initio non fuit?

Secundo, tuba illa terribilis per omnes Tuba hor-
mundi regiones reboans, magnum timorem ribilis oēs
mortalibus incutiet: Illa, illa boatu ſuo pala- ante thro-
tius exciebit reges, thalamis principes, offi- num con-
cinis opifices, muſæis Philoſophos, piſces uocabit.
quin etiā mari, aues aere, monſtra cauernis,
mortuos deniq; ſepulchris: idq; non triduo,
aut tribus horis, ſed per omnes orbis angu-
los ſtrepens vt cūcti ſe coram iudice ſiſtant.

Tuba mirum ſpargens ſonora

Per ſepulchra regionum

Coget omnes ante thronum

Ad terribilem hunc boatum omnes plangēt
& ingemiſcent, mundus in lacrymas reſol-
uetur, cum ſuam ſuam inſtare, ruina im-
minere excidiumq; viciniū eſſe perſpexerint.

Tunc plangent omnes tribus terra: plangent in- *Apoc. 1.*
quam. quia homines emorientur, mūdus ar-
debit, Angeli cœlo à ſummo Iudice miſſi de-
ſcendent, *Et mittet angelos ſuos.* vt autē Deus *Matth. 24.*
eſſe demonſtretur, dicitur ſuos, atq; ita præ-
dixerat Pſalmiſta, *Qui facis angelos tuos ſpiri- Pſal. 103.*

tus, & miniſtros tuos ignem vrentem. Plangent,
quia videbunt Præſidē ſumma cū potentia
ac maiestate deſcendentem, nubib. inſiden-
tem, Angelis comitatū, igne circumſeptum;
ipſum quin etiā clamantem audiēt, & media
tēpeſtate ambulātem. vnde idem Pſalmiſta:

Deus manifeſte veniet, & non ſilebit: ignis in cō- Pſal. 84.
*ſpectu eius exardeſcet; & in circuitu eius tempe-
ſtas valida.* dicitur in circuitu, quia tā ſurſum
quam deorſum, tam hic quam illic tēpeſtas
erit, cœlo, in terra, aere, mari & mundo, quæ
per tubam præuiam inſtare denuntiabitur.

Verane hæc tuba erit? nequaquam, ſed Non erit
metaphorica hac locutione horrenda quæ tuba hæc
dam & terribilis ac ſemirauca, qualis eſt tu- verè tuba.
bæ ſonantis, vox deſignatur; qualē Ioannes
audiuiſſe ſe Apocal. primo, quarto atq; vnde
viceſimo cap. ait: *Tanquā vox aquarum mul-
tarum, & Audiui quaſi vocē tubæ.* Ducta ali-
quorum iudicio metaphora ab antiqua Iu-
dæorū conſuetudine, qui ſono tubæ conuo-
care

Num. 10. cate tribus solebant, vt è libro Numerorum
 Isai. 27. & Isaiæ propheta colligere est: quâuis aliq à
 castris & bellis eam deuotam purè. In præ-
 liis namq; tubarū vsus est nō modo ad mani-
 pulos dispersos colligendos, verum etiam ad
 hostibus metum formidinēq; incutiendum.
 Ita namq; trias quædam Propherarū hocce
 Isai. 18. confirmat, imprimis Isaias, *Omnes habita-
 tores orbis qui morantur in terra, cum eleuatum
 fuerit signum in montibus. Viuebitis, & clangore
 tubæ audietis.* deinde Sophonias, *Dies tubæ
 & clangoris super ciuitates n. unitas* postremo
 Zach. 9. Zachar. *Domini Deus super eos uiuebitur, &
 exibit ut fulgur saculum eius. & Dominus Deus
 in tuba canet.* singuli ecce tubarū memincere.

Tubæ si- gnium re- giæ maie- statis.
 3. Reg. 1. Tubæ quoq; regiæ maiestatis signum ac
 nora sunt: atq; ideo in Salomonis inaugura-
 tione statim ac populus sonitū buccinæ au-
 diuit, exclamauit uoce magna, *Viua rex Sa-
 lomo.* Adcirco Dominus totum mundum iu-
 dicaturus, quo se regem regum esse demon-
 strat, atque eum, de quo in Psalmis mentio
 est, *Ego autem constitutus sum rex ab eo super
 montem sanctum eius,* buccinam ac tubam
 præmittet cum tuba & uoce magna

Sunt enim futuri belli inditium: ita namq;
 Gedeon Madjanitis bellum indixit, quos e-
 nim sonitu tubarum & testeorum ualorum
 collisione perterritos in fugam egit ac dele-
 uit. Bethulionenses etiam dum aciem Holofer-
 nis fugā capessere uiderent, buccinas inflan-
 tes eandem profecturi sunt, uictoriamque &
 spolia luculentissima retulerunt. Ita in tre-
 meado illo iudicij die tuba perstrepet ac clā-
 get, quo omnes bellum hominibus, anima-
 libus, atq; adeo uniuersis creaturis indictum
 esse intelligant. Omnes itaque creaturæ tunc
 in armis erunt, omnes terræ incolæ, summi
 Imperatoris iussu, tunc unum in locum coa-
 ceruabuntur, *Accipiet armaturā zelus illius,
 & armabit creaturam ad ultionem inimicorum.*
 Annon igitur pertimesces infelix peccator,
 cum Creatorem & creaturas aduersum te in-
 surgere, bellumq; tibi uidebis indicere?

In Numeris dicitur buccinæ sonus signū
 Num. 10. profectiois & conuersionis esse, *Et iuxta
 hunc modū reliqui facient ululantibus tubis in
 profectioe.* Idipsum de die iudicij sentiendū
 est. cum enim horribilis illa tuba insonuerit,

Tom. I. Pars Hyemalis.

signum erit, omnes omnino creaturas profec-
 tionem instituere atq; exire debere, Ange-
 los & sanctos cælo, diabolos ac dānos tar-
 tato, uiuentes terra, mortuos sepulchris, &
 coram Iudice apparere. *Erit signū in profectio-
 nem,* signum esse moriendum, palatiis exeun-
 dum, domib; auratis egrediendum, diuitias
 relinquendas, amoru mulierum ualedicen-
 dum, sodalitia & symposia deserenda, uitæq;
 præteritæ rationem reddendam. *Tunc erit
 tribulatio magna, qualis non fuit,* &c.

Tertio, tribulationem hanc augebit gra-
 uis illa pressura & perturbatio gentium om-
 nium quæ tunc in mundo reperientur: *Et in
 terra pressura gentium.* nihil enim præter lac-
 crymas, tristitiam, angustia tunc per uniuersum
 orbem uidere erit. Expressit hoc Esdras, *Ioan. 148
 dum ait, Cum uenerit dies pressura & angustia,
 alij plorabunt & tristes erunt, &c.* Hunc diem
 Dominus respexit, dum in Euangelio dixit,
in mundo pressuram habebitis. At quinq; è cau-
 sis pressura hæc originem sumet. Primo, ob
 hæreses & errores. Nā, vt bene notauit Chry-
 sost. quemadmodū qui in extremis versan-
 tur, varia agitare animo solent, inq; plurima
 distrahi: ita mundo expirante & ad finē de-
 clinante varij oborientur errores & hæreses,
 quib; credentiū animi in diuersa seindentur.
 Idcirco bene filius Dei admonuit, *Videte ne
 quis uos seducat. Multi enim uenient in nomine
 meo.* Secundo, ob bella & assidua prælia. Do-
 minus siquidem, cū discipuli aduentus illius
 signa peterent, hæc in primis posuit, *Audite
 Matt. 247
 2.
 Mar. 13
 uos estis, ualia: uideate ne turbemini. Surgat enim gēs
 contra gentem.* Tertio ob immensam famem,
 quæ vt plurimum post bella sequi solet: nam
 in Ierosolymitano obsidio tanta rerum pe-
 nuria fuit, vt proprios matres deuorauerint
 filios. Quid autem futurū putatis post diu-
 turna illa prælia, quæ mundus finiendus ui-
 debit, in quibus maxima ubique terrarum
 strages edetur? Huc accedat & pestis
 morsque plurimorum repentina. Horrendus
 denique terræ motus, qui utrumque mundi
 cardinem concutiet, mundumq; uniuersum
 sede quodāmodo mouebit, atque in tantum
 omnes percellat, vt lacrymantibus oculis
 confessuri sint, nihil se horribilius aut cala-
 mitosius unquam uidisse.

Quarta

Quarta tribulationis huius causa, erit veneranda illa maiestas, furor intolerabilis iudicis, ante quem omnes nos comparere oportet vt de vniuersa vitæ ratione diiudicemur. Tam rigidus autem ac seuerus ille futurus est, vt oculi flammaram instar scintillaturi sint, manus minas intentaturæ, pedes in vindictâ pperaturi: seueritatē vultus, tonitrua, lingua demonstratura. Ira autem eius & furor verbis exprimi, aut oratione cōprehendi nequit, nā & hic ignorantiam suā confessi sunt Propheta: *Quis nouit potestatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare?*

Psal. 89.
Nemo se hoc in iudicio poterit abscondere.

Matth. 24.

Psal. 74.

Psal. 141.

Isai. 26.

Ipse enim iudex est, cuius nemo vultum poterit declinare. *quia videbunt filium hominis, ante quem nemo peccata celare, quia veniet in nubes, id est magna scientia instructus: cuius nemo etiam potentia resistere, quia veniet in potestate magna: quæ nemo precibus flectere, quia in maiestate præsidebit.* At iudex adeo rigidus ac seuerus, vt opera etiã bona ac meritoria disquisiturus ac iudicaturus sit, Vnde ipse de se, *Cum accipero tēpus, ego iustitias iudicabo.* id est opera iustorum, ac bona: non ait se homicidia, furta, sacrilegia, aliaq; scelera diiudicaturus: sed virtutes, ipsasque iustitias Iudex adeo terribilis, vt etiam recti diuinorumq; mandatorum obseruantes vix eidē respōdere aufuri sint, Dauid idēcirco Dominū orauit dicens, *Nō intres in iudicium cum seruo tuo: perinde ac si dixisset, In tantum Domine Iudex iudicia tua perhorresco, vt me ab iis liberatum velim: neue vitam meā, rogo, disquiras accuratius, ne quæ forte inscio mihi macula adhærescat. Eheu; si serui Dei iudiciū metuunt, quid carnis mancipia, mundi passionumq; suarū serui facturi sunt? quomodo iudicio huic se sistat diaboli seruus, si magistri seruus hoc ipsum in tantū perhorrescit: Monuit olim Isaias suos, vt ab homine cauerent, cuius spiritus in naribus. Loquebatur hic haud dubie de iudice nostro, qui instar hominis iudicio huic præsidebit. Et quoniam iræ signum putatur, spirare naribus: denotare voluit, iudicem hunc iram ac choleram tunc assumpturum, quam in iudicandos exercebit. quam obrem caueant diligenter homines, neque eum dum viuunt offendant, ac proinde iratum experiantur.*

Iob propheta inter cætera quæ deprecari solebat, petebat ne se visus hominis aspiceret: De quo eum homine locutū putatis? nō nisi de illo qui in forma nos hominis iudicaturus est, sed hominis indignæis & ira astutantis, cuius se vultū Propheta sustinere posse diffidebat, vt in inferno protergas me, & abscondas me, donec pertransseat furor tuus? *Iob 7.*
Iob 14.

Docent Pierius & Euseb. de præparatione Evangelica, vario Ægyptios schemate Iudicem expressisse. Pingebant hominē grandæuum, varias capite plumas præferentē, veste hyacinthina indutū, manu dextera sceptrū, sinistra circulum è stellis contextum, ore autem gladium ancipitem ostentantem. Picturam hanc dum intueor, iudicem nostrū videre videor. Et atē namq; habet, qui nimirū ab omni aternitate fuit, id eo à Daniele *Antiquus dierum* nunctipatur. Sceptrum hoc maiestatem, vestis carulea diuinitatem, circulus aternitatē denotat, plumæ autem consiliorum eius sublimitatem, vt pote quæ à nobis cōprehendi nequeant. Exclamat hinc Apostolus: *O altitudo diuinarum sapientie & scientie Dei, quam incomprehensibilia sunt iudicia eius. & inuestigabiles via eius!* *Dan. 7.*
Rom. 11.
Dan. 10.

Quod autem gentiles tortuuito atq; ex ingenio expressere, id ipsum Propheta à Deo inspiratus graphice depinxit. Vidisse namq; se ait antiquum dierum, vestitum lino, cuius facies instar fulguris, oculi instar lapidis ardentes rutilabant. Mirabilis pfecto v. sio, at quæ suis Iudicē nostrum colorib. ad viuū depingat. Linea veste indutus producit, vt enormem hunc vestium luxū & exoricas vestendi formas coarguat: oculi quoque flammantes ac scintillantes dicuntur, vt insinuetur nihil eum posse fugere, omniaq; penitissime penetraturum: facies autē fulguris furorē seueritatēq; quā tunc assumet designat. Dauid autem, vir licet sanctissimus, hanc pertimescens Dominū rogat. *Auerte faciem tuam à peccatis meis* Id est, A me obsecro Domine, oculos auerte, tā ipsius cōtemplare celsitiā, aut Angelorū naturā: nō vero peccatorum malitiam: *Psal. 30.*

tiam: intueri quidquid volueris, modo iniquitates sceleraque non consideres.

Vultus porro iudicis huius adeo terribilis erit, vt Propheta eum e quoquam infracto & irretorto oculo conspici posse negent, imo ne cogitare quidem de eo aliquē sine metu posse. Audiamus quid de his Malachias dicat. *Quis poterit cogitare diē aduentus eius? quis stabit ad videndum eum?* Adeo vt & ipsi angeli corā iudice hoc stātes trepidaturi sint, eiusq; iustitiam formidaturi. *Quin & Bernardus* verba illa Abacuc 3. exponens, *Contriti sunt mōtes saeculi, incuruati sunt colles mūdi, ab itinere. aternitatis eius:* ait per colles hos mundi, Angelos designari, qui iudicē estuantē flammantēq; longāq; post hęc saecula aternitatē imminere videntes, trepidabūt & plāgent.

Mal. 3.

in Psal. 90.

Nemo poterit iudici respondere.

Gen 45.

Peccatoribus graue erit à iudice cogui.

Matt. 25.

Graue igitur erit ac durum coram iudice hoc comparere: durius, eius choleram ac furorē sustinere: at omnium durissimum, ad illius interrogata respondere, seuerumq; eius examen subire. Si enim fratres Ioseph percussit & pauidi fuere, cum dicentē eum in Aegypto audire, *Ego sum frater vester Ioseph, delictorū quæ in eum admiserant memores* quid peccatores, obsecro, tot sceleribus cooperiti, cum non Aegypti Dominū, sed totius orbis Monarcham cōspecturi sunt, in quem toties deliquere & quem debita pœnitentia nō placauerē: Quid hic auari facient, cum illum præsideri iudicio cernent, qui toto vitæ tempore adeo inops fuit, vt non haberet vbi lassum caput reclinaret? Superbi quid hic acturi, quando iudicem hunc cruce onustum fuisse, & ad imum terræ centrum sese demississe conspicient? Ambitiosi an non hic tremēt, cum eum qui eos iudicaturus est, regnum ad quod natus erat, declinasse considerabūt? At lurcones & vētris mancipia quonā se loco abscōdent, videntes ab eo se iudicandos, qui felle & aceto potatus fuit? O tribulatio incōparabilis, & afflictio intolerabilis! Vere, inquam, tribulatio incomparabilis, pœnaque nequaquam ferenda, quando à iudice coarguentur, ingratiudinisque singularis accusabuntur, quando inquam ipse delicta omnia exprobrabit, dicēs, *Esurius. Es non dedistis mihi manducare.* O dolor, o cruciatus, ob frustum panis, ealicem aquę frigidæ

pauperi denegatum, regno cœlorum, & æterna beatitudine excidisse! Elifæus Propheta grauitè ægrotans lecto decumbebat, hūc Rex Ioas cum inuississet, Propheta beneficij à rege accepti memor, victoriā q̄ de Syris, aduersus quos tunc bellum gerebat, relaturus erat, prædixit, & ait, *Aster arcum & sagittas.* quo factō, ait, *Pone manum tuam super arcum,* cui & Propheta dein suam imposuit: & ita aduersus Syriam telum direxerit. Rex, insolitum hunc agendi modum admiratus, iaculatus quidem est, sed nescio qua torpedine in iaculando non perrexit, at bis terve ei aculatus superfedit. quam obrem vir Dei iratus ei, *si percussisses Syriam quinquies aut sexies, siue septies, percussisses vsque ad con summationem.* Cogitate hic vobiscum, Auditores, quam hoc illi auditu graue fuerit: an non putamus eum negligentiam & inertiā suam culpasse, quod cum tantillo labore vniuersam Syriam subijcere sibi potuisset, recordia tamen sua id facere neglexerit? At maior, mihi credite, futura est impiorum querimonia lamentatioque, quādo nimirū Deus, negligentia illorū corripuens, magna ijs indignatione exprobrabit, quam exigua regnum cœlorum voluptatula amiserint, q̄ tamen vel frustum panis, vel haultu aquę frigidæ sibi parare potuissent. O casum amarū, ac tribulationem intolerabilem!

Vere tribulationem magnā, quæ nec verbis exprimi, nec ingenio potest comprehendere. In cuius rei signum Ioannes in Apoc. audiuisse se ait septem tonitrua, quibus totum sedib. conuellendum orbē putabat: quę cum scribere & chartæ mādare decreuisset, subito vocem audiuit, quā scribere vetabatur, *Noli scribere:* fieri enim non potest, vt hos aliquis fragores exprimat, imo temerarium est, eisdem velle mente cōprehendere. Fragores hi, tonitruaque, figura sunt & imago eorum, q̄ diem iudicij præcessura sunt, quæ describere nemo nec ingenio poterit comprehendere. Atq; ideo etiā manum ab ijsdem describēdis auoco, vos tantum exhortans vt auditis tonitruis à fulmine saltē immunes vos præstetis, ideoq; verba Moysis, quibus Israhelitas allocutus est, producam:

Vos vidistis vniuersa quæ fecit Dominus corā vobis Deut. 29.

vobis in terra Ægypti. Tentationes magnas, quas vidunt oculi tui, signa illa portent aque, & non dedit vobis Dominus cor intell. gens. & oculos videntes, & aures qua possent audire vsq; in presentem diem, &c. Vos igitur iisdem hodierna die verbis compello: Vidistis oculis atq; auribus audiistis, quidquid summus ille iudex in die iudicij facturus est, audiistis inquam signa illa mirabilia, prodigia illa terribilia, tērationes illas insolitas, deliquia solis, pallorem lunæ, stellarum turbationem, aeris tempestatem, terræ motus, ac totius vniuersi cōuulsionem & excidium: fierine igitur poterit, vt in animo hæc voluatis, non videntes non videatis, & audientes non audiat?

Omnes tribus filiorum Israel cum in Sichelem cōuenissent, ac Iosua ad monentem audiissent, qui eosdem ad fidelitatem Deo exhibendam, cultusq; diuini obseruationem, adhortatus erat, hunc in modum responderunt, *Abstia nobis vt relinquamus Dominū, & seruiamus diis alienis: Dominus Deus noster ipse se eduxit nos & patres nostros de terra Ægypti, &c. fecitq; videntibus nobis signa ingentia.* Sola ecce signorū quæ populus hic in exitu Israel de Ægypto viderat, memoria, plus apud eū ponderis quàm longa ducis oratio habebat. Si tantum hæc apud Hebræos rebellionis asuetos rerumq; nouarum cupidos potuere, vt eos in diuino seruitio confirmaret: apud Christianos an non maius momentum habeat horrendorum signorum, quorum quotidie mentionem fieri audiunt, quæq; extremi iudicij tempore, quando vniuersus orbis mundo velut Ægypto egredietur, accidit, memoria? An non illa plus virium auctoritatisq; quam omnes Concionatorum demonstrationes & argumenta, ad animas in timore Dei continendas, inque diuino obsequio confirmandas obtineat?

David Rex cum arcam fœderis in tabernaculo collocasset, ministrosq; sacerdotum & cātōres qui diuinas laudes concinerent, cōstituisset, his populum verbis allocutus est; *Recordamini mirabilia eius qua fecit, signorum illius, & iudiciorum oris eius.* Iisdem vos hodie verbis, Christiani, alloquor: Recordamini, obsecro mirabilium quæ Deus extremo iudicio editurus est: memēote signorum qua

1. Para. 10.
Nihil ad
peccati i-
ter impe-
diendum
validius.

Recordamini
illius, & iudiciorum
oris eius. Iisdem vos
hodie verbis, Christiani,
alloquor: Recordamini,
obsecro mirabilium
qua Deus extremo iudicio
editurus est: memēote
signorum qua

in sole, luna, & stellis apparebunt, & imprimis feueræ illius sententiæ, ac fulminis iudicij exciorum, quæ sacro illius ore prodibunt: & si tremi memoria. quæ in mundo habētur, quæ a peccādo auocent, hoc vnū inter cætera præcipuū cenſeo.

Propheta regius cum Psalmo sexto, quem Psal. 6. totum de iudicio August. interpretatur, superbiorum tumidorumq; fastum cōprimere, impiorumque malitiam inhibere satageret, postquam illadem calamitatum iis euenturarum enarrasset, ita tandem sermonem cōclufit, *Exurge Domine, & exaltet manus tua* Psal. 7. *&c. iudicare pupillo & humili, vt non o. ponat* Psal. 9. *vt ultra magnificare se homo super terram.* Insinuate vult, & ipse ego cum illo, nihil in hoc mūdo ad peccatoris cornua deiicienda, eiusque audaciam cohibendam efficacius aut maioris ponderis reperiri, quam vt cogitet compariturum aliquando iudicem, qui omnes, etiā orphanos ac pupillos, diiudicaturus sit.

Mirabilia profecto fuere arma illa, quibus Iud. 7. Madianitas Gedeon superauit, quando suis tubas lagenasq; vacuas, ac lampadas lagenis inclusas in manus dedit, Arma scilicet timoris Dei, quib. dæmonum viriorumque, quorum figura Madianitæ erant, agmina in fugam vertuntur, ac tandem etiā prosternuntur. Equæ enim ad timorē Domini ingerendum arma sunt tuba, quæ in die iudicij clanget omnesq; ad rationem reddendam cōpelleret, si sapius auribus nostris insonet: & lagena illa collisa, si sapius ante oculos misera illa cadauera, lutea vasa, corporum nostrorum lagenas, quæ aliquando cōminui & collidi, sepulchris, ossibus hinc inde sparsis, includi debent, ponamus: item ignis ille tartareus qui perpetuo ardebit, aut ille qui tempore iudicij totum mundum incendet? Non sunt igitur ad spirituales hostes superandos arma aut meliora aut efficaciora.

Hæc igitur in manus sumite. Auditores, ipsique inimicorum impetum propullate, in hoc timore perpetuo viuite; huius semper recordemini, atque imprimis signorum quæ hunc præcessura sunt, tenebrarum scilicet, quæ Phœbi lumen offuscabunt, defectum qui tunc in Phœbo apparebunt, ac ruinæ, quam tunc sidera incurſura perhibentur. Ponite in quâ vobis ob oculos perturbatio-

nem

nem illam generalem, quæ per vniuersum terrarum orbem inualefcet, quando nimirum intelligentiæ cœlestes palpabunt, homines in desperationis abyſſum ruent, cœli trepidabunt, elementa inter ſe conſpirabunt, montes concutientur, turres & arces ad terram concident, beſtiæ morientur, terra tremet, Oceanus intumefcet, natura ipſa obſtupefcet, infernus patens hiabit, totuſque terrarum orbis diuifſimo incendio deſlagrabit: quando nimirum tribulatio erit, qualis non fuit ex quo homines in terra viuere cœperunt.

Tu vero ſumme & metuende Iudex, antequis maiestatem omnes nos comparere oportet, Præſes æternæ cœli terræque rex, nobis propitiuſ eſto, furorem tuum mitiga, iram compeſce, tuarumque te creaturarum tangat miſeratio: Quis vero peccatis indulgeat, quis te ad iracundiam prouocet: ſi tam rigide ſingula delicta examines? quid peccator agat, ſi ex rigore cum illo egeris? Vix iuſtus ſaluabitur, quid igitur impius fiet: Angeli tremant, quid igitur acturi ſunt homines? totus orbis plangent & eiulabunt, quis ſecurus eſſe poterit? Recordare obſecro Domine creatos nos eſſe vt ſaluemur, non vero vt animæ perniciem incurramus: ideoque oſtende nobis miſericordiam tuam, iuſticiam illam nimiam moderare, delictorum noſtorum memoriam exue, & quidque nobis ad meritum deeſt, tua benignitate clementer ſupplere dignare. Placidam illam pro nobis ſententiam, *Venite benedicti patris mei, poſſidete paratum vobis regnum à conſtitutione mundi*, pronuntia: ſententiam ſc. beatitudinis æternæ cuius nos compotes reddat Pater, & Filius, & Spiritus S. Amen.

DOMINICA SECUNDA

A D V E N T V S.

Partes Concionis.

1. De neceſſitate tribulationum in iuſtis.
2. Herodiadiſmalitia: *Cœliarum mulierum*.
3. De luxuria malitia.
4. De captiuitate Ioannis documenta.
5. Ioanni captiui percuſſatio.
6. Chriſti reſponſio.
7. Nota prædicatoris.
8. Ioannis præconiũ.

Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti, Matth. 11.

F I G V R A.

Elias Propheta cum igneo curru in aera ^{4. Reg. 2.} mirabiliter ſubuectus eſſet: Prophetarum filij repentina illo diſceſſu aut potius raptu non parum percuſſi fuere, atque in primis diſcipulus illius Eliſæus, qui eodem per montes & conualles, eius quærendi ergo, deſtinauit, quem cum triduo quæſiſſent, nulla ratione inuenire, aut vbi nam locorum ageret, intelligere potuerunt. Sciebat quidem Eliſæus a Deo illum in cœlos raptum, ſed vt omnem ex animis eorum ſuiſtram opinionem dubitationemque auclleret, illucque eos emiſit, vt illo minime reperto, vere in æthera ſubuectum crederent. Simile quid hodierno in Euangelio videre licet. Cum enim Meſſias in mundum iam veniſſet, & hunc Ioan. diſcipuli mirarentur ſed Meſſiam eſſe in animum ne inducere quidem poſſent: ad Chriſtum magiſter eos, quo certiores redderentur deſtinat: non quod ipſe de rei veritate vlla ratione dubitaret, ſed vt omnem dubitandi occasionem alijs præcideret: vt nimirum, viſis quæ paſſim per Iudæam egebat miraculis, firmiter crederet eum ipſum eſſe, & non alium, qui in mundo à longo iam tempore exſpectatus erat. Ipſum huius Dominiæ Euangelio declaratur, quod præſenti vobis concione exponere iam contendam: quod vt in maiorem Meſſiæ gloriã, & viuacius præcurſoris eius Ioannis encomium cedat, Deiparæ partu oſinio Spiritus paraclitici opem poſtulemus, dicamurque omnes in genua prouoluti, *Aue Maria.*

Sapientiffimus mortalium Salomon, cum Tribulationum fortem beatitudinemque deſcriptione probaret, tribulationibus eos, non ſecus ac flamma aurum, à Deo probari ſolere perhibet hiſce verbis, *Tanquam aurum in fornace probabit electos Dominus*, adeo vt quod ignis & caminus auro, hoc iuſtis ſint afflictiones & tribulationes. Sapienti ſuffragatus eſt Iob, qui hoc ipſum ſeſe expertum tradit: *Quaſi aurum Iob. 6.* inquit, quod per ignem tranſit, probauit me Dominus. Teſtantur idem omnes veteres ſancti quorum omnium nomine Dauid loqui, velut

Matth. 23.